

PK 6113

.F

1867


Copy 1




Class PK6113

Book .F
1867

WEBER COLLECTION





GĀTA AHUNAVAITI

ṢARĀTUSTRICA CARMINA SEPTEM

LATINE VERTIT ET EXPLICAVIT

COMMENTARIOS CRITICOS ADJECIT

TEXTUM ARCHETYPUM

ADHIBITIS BROCKHAUSII WESTERGAARDII SPIEGELII ET JUSTII EDITIO-
NIBUS NEC NON LECTIONIBUS VARIANTIBUS

RECENSUIT

C. KOSSOWICZ


SANSKRITARUM LITERARUM IN CAESAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA
PROF. P. ORD., CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHAEOLOGICAE
PETROPOLITANAE ASIATICAE PARISENSIS ET ORIENTALIS GERMANICAE SODALIS


PETROPOLI


EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO WLAD. BEZOBRAZOW ET SOD.
(WAS. OSTR., 8 LIN., No. 43.)

IMPENSIS CAESAREAE UNIVERSITATIS

MDCCLXVII







A Monsieur

Albrecht Weber

hommage

de l'auteur.

St. Pétersb.

1867, 24 Sept.



GĀTA AHUNAVAITI.



GĀTĀ AHUNAVĀITI

ŠARĀTŪSTRICA CARMINA SEPTEM

LATINE VERTIT ET EXPLICAVIT

COMMENTARIOS CRITICOS ADJECIT

TEXTUM ARCHETYPĪ

ADHIBITIS BROCKHAUSII WESTERGAARDII SPIEGELII ET JUSTII EDITO-
NIBUS NEC NON LECTIONIBUS VARIANTIBUS

RECENSUIT

C. KOSSOWICZ

SANSKRITARUM LITERARUM IN CAESAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA
PROF. P. ORD., CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHAEOLOGICAE
PETROPOLITANAE ASIATICAE PARIENSIS ET ORIENTALIS GERMANICAE SODALIS

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10

PETROPOLI

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO WLAD. BEZOBRAZOW ET SOD.
(WAS. OSTR., 8 LIN., No. 43.)

IMPENSIS CAESARAE UNIVERSITATIS

MDCCCLXVII

PK6113
.F
1867

91500

'05

91

LC Control Number



tmp96 031291

BASILIO BASILIDAE

GRIGORYEW

ORIENTIS HISTORIARUM IN CAESAREA UNIVERSITATE LITERARUM PETRO-
POLITANA PROFESSORI ILLUSTRISSIMO

DILECTISSIMO COLLEGAE

HANC ANTIQUISSIMAM SARATUSTRICARUM RELIQUIARUM
PARTICULAM

GRATISSIMO ANIMO OFFERT

AUCTOR.

WEBER COLLECTION.

PRAEFATIO.

Decem Sendavestæ excerpta, quæ anni 1865 decursu Parisiis, valetudinem ibi curando, publici juris feci, tanta a doctissimis Spiegelio et Justio benevolentia proximo anno sunt excepta ¹, ut religionis mihi fuerit his etiam explicandis, quæ inter Airyanæ linguæ monumenta difficillima, vel potius crassissimis, quas per tot secula contraxerant, tenebris obruta esse videntur — gâtas dico — mea etiam ex parte, ipsis magistris ducentibus, novum aliquod pro virili conamen edere; quod animi propositum Spiegelii itidem tractatus, ubi omnes saratustricas gâtas vir illustrissimus accuratissime per-

¹ Vide *Heidelberger Jahrbücher der Literatur*, p. 866, et *Göttin-gische gelehrte Anzeigen*, p. 801.

scrutatur ¹, imprimis, idque certissime, confirmavit, quippe qui me ad denuo has saratustricæ Musæ reliquias, recentissimis cum maxima utilitate in usum vocatis lucubrationibus, acerrimo perlustrandas studio impulit, immo etiam et ad reliqua saratustrica similiter explicanda et edenda carmina, si hoc primum specimen bene processerit, animos addidit.

En habent doctissimi viri librum, quem insigni humanitate sua in lucem evocaverunt, inque hoc duo jam edita et explicata a me carmina, quæ ut novis repeterentur studiis, ipsa opusculi integritas flagitabat; nihilque me alioquin impediabat, quominus hanc occasionem correctius ea, quantum in me fuit, edendi haud plane invito animo arriperem. In adornando archetypi textu Clar. Justii præcipue vestigiis institi, semper diligentissime eodem tempore, quantum potui, utramque Sendavestæ criticam editionem, nec non Claris-

¹ Sitzungsberichte der Königl. bayer. Akademie der Wissenschaften. Philosophisch-philologische Classe. 2 Juni 1866.

simi Brockhausii typis excusa apographa, summa inter se cum diligentia comparando, in notis vero tum quibus inter se differunt Westergaardii et Spiegelii editiones, tum alias lectiones variantes, quæ mihi dignæ notatu videbantur, apponendo; quæ omnia an bene et convenienter, vel minus, fecerim, non meum est judicare; simul et quæ de indole et natura horum carminum sentiam, ipsi explicationi eorum enuncianda relinquo. Jamque omnibus Latinæ opusculi mei partis typographicis plagulis compositis, dumque in eo jam erant, ut excuderentur, laetissimo omine, a præstantissimo viro, quem Iranicæ omnium seculorum Musæ fidissimum antistitem amabilissimumque sibi choragum semper possidere laetantur, novissimum grammaticum a se confectum opus ¹, antequam aliter id obtinere potuerim, mecum liberissime communicatum habui, quod beneficium, quamvis plus in meum, tamen et in

¹ Grammatik der Altbaktrischen Sprache nebst einem Anhang über den Gâthâdialekt. Von Friedr. Spiegel. Leipzig, 1867.

libri mei, ut lector passim animadvertet, commodum haud parum utique redundavit, quum clarissimum hoc Spiegelianum opus non solum grammaticas Airyanæ linguæ formas, sed et origines, et ulteriora illarum fata valoremque coram linguarum maxime ei cognatarum præsentissima facie, haecque omnia, quasi rediviva, ob oculos lectoris prodire facit, ita ut doctissimi Justii operi ¹ Spiegelii recens consociatum antiquissimis Airyanæ linguæ monumentis, quæ non tam longe nisi deformium fragmentorum farraginis speciem aliquam præ se ferre videbantur, nunc genuinum vigorem amœnissimamque, quæ est lucidæ mentis et intellectus, vitam reddiderit.

Ut opusculum typographicis saltem erroribus vacuum in lucem prodeat, maximas curas industriamque et ipse adhibui, et dilectissimus frater meus, Classicarum linguarum in celeberrimo Larinensi Gymnasio professor, Ignatius Kossowicz, utilissimo,

¹ Handbuch der Zendsprache von Ferdinand Justi. Altbac-trisches Wörterbuch. Grammatik. Chrestomathie. Leipzig, 1864.

minime propriis studiis et otio parcendo, adjumento mihi fuit; non tamen mihi, nescio quibus contrariis fatiis, est concessum, ut libellus absque sat copiosis *corrigendis* et *addendis* feliciter absolvi possit, quæ utraque a benevolo lectore, qui sive archegraphorum ex opusculo meo aliquam notitiam acquirendam, sive simpliciter meas explicationes cum his comparandas sibi proposuisset, non omnino prætermittenda summo opere voluissem. Ceterum, si qui typographici errores nec a me, nec a fratre meo sunt deprehensi, studiosus lector, quum hos, tum Parisiensis Sendavestæ excerptorum editionis, quos Clarissimi viri non notavissent ¹, facillime, puto, præstantissimi thesauri Justii auxilio, sine quo opere, mea nullo certe alicui adjumento ad venerabiles şarafuſtricæ disciplinæ ex archetypis cognoscendas reliquias esse possunt, non dubito, quin corrigat.

¹ Inter typographicos errores, benignissime a Clar. Spiegelio indicatos, *yavaêġim* et *ustavaitim* sunt lectiones Westergaardii, lectiones vero *viti* et *aivikšôitrê*, quamquam etymologicarum ratiocinationum speciem aliquam prae se ferunt, ad ceteros utique oculorum lapsus sunt referendae. Notatae apud Clar. Justium: *marêtÿus*, *paitismarëmma* et *aivimitranyâo* sunt itidem lectiones Westergaardii.

Restat, ut Bezobrazowiani typographeï Directori humanissimo, Eduardo a Mohrenschild, qui, in libri mei commodum, Bezobrazowianam officinam elegantissimis Sendicis typis ditandam curavit, Operariorumque Praeposito, Nicolao Gawrilowio, qui illum elegantius excudendum, pro virili, est annixus, maximas sincerrimasque publice gratias agam.


C. Kossowicz.

Scribebam Petropoli a. 1867 julii. 24 d.

INTERPRETATIO

ET

COMMENTARIJ.



I.

PRECATIO MAŠDAYAŠNICI SACERDOTIS
PRO ŠARATŪSTRA, VĪSTÂŠPA, PRO SE
IPSO ET PRO OMNIBUS PROBIS.

I.

PRECATIO MAŞDAYAŚNICI SACERDOTIS PRO
 ŞARATŪSTRA, VÎSTÂŞPA, PRO SE IPSO ET
 PRO OMNIBUS PROBIS.

YAŚNA XXVIII, 1—11.

Istius [istud] appeto precibus ¹ extensis mani-
 bus gaudii [gaudium], spiritus Maşdae *scilicet*, pri-
 mum-omnium, sancti Pura omnino ² opera [ut
 cognita et quasi exemplar mihi propositum, simulque
 propitia, habeam opera Maşdae], Bonae *deinde* sa-
 pientiam Mentis, quo [quibus] placem ³ Bovisque-
 primaevae ⁴ animam [sc. me penitus ad normam
 summi numinis actionum conformando, ad integra-

¹ Instr. s. a *nēmaṇh*. ² Acc. plur. m. a *viśpa*. ³ Praes. a *kśnviś*
 — *kśnuś*.

⁴ *Geus urvā*, bovis anima, symbolum rerum universitatis, quae
 vita cum omnibus sensibus, sicut genus humanum, praedita ab an-
 tiquis Airyis concipiebatur. Apud Indos *gô* (gâus) eodem redit de-
 nominationeque terrae, ut altricis generis humani aliorumque ani-
 mantium, sub eadem figura inservit. Quum autem in deprehensis
 a me locis (y. IX, 29, L. 7, — v. II, 25, 27, 35) *gâo* evidenter non
 bovis, sed in universum animantis significationem tueatur, etiam *geus*
urvā hic nescio an melius *animantium in universum*, sive simpliciter,
animantium anima statueretur, hancque distincte bovinam for-
 mam, ut concretiore, jam post Şaratŭstrica tempora in Airyicis

tem ¹, quae est ab illis inseparabilis, ad sapientiam, quae a benignitate mentis ne minimum recedit, me eodem tempore etiam ethico altricis naturae archetypo, *geus urunê*, conformem, cujus de hominum, qui a veritatis luce recesserunt, malis lamenta usque resonare non desinunt ², meque sic vere hominem praestem],

- 2 qui vos, Maşda Ahura [Maşdam ejusque sanctissimum comitatum] advenio ³ [ad vos perfugio] Bona *cum* Mente [cum animi integerrimo instituto] mihi dando ⁴ [dare, ut mihi detis] duorum-mundorum, corporeique quodque mentis [est, quique est extra materiem], praemia Puritate ex [ex puritate, sc. quae comparaverim incolumibus a noxa operibus], quibus *nos* exsultantes collocaret ⁵ *hoc* in lumine. [Des mihi hujus et alterius vitae commoda, quae nisi integra et incolumi rerum agendarum animique ratione parari possint, donumque tuum nos ex his miseris,

mythis, rerum natura assumpsisse videtur. Sub *geus urvâ* non solum rerum naturam, sed et leges illius ipsamque normam et existendi rationem, quae nisi aequabilis esse debet, vatem intellexisse sequentis carminis strophae (XXIX) sat luculenter, mea quidem sententia, probant (Conf. *Ârmaiti*. quae et *terrae*, ut v. II, 10—19, et *sapientiae*, in Şendicis libris partes obtinet, Graecorumque antiquos mythos de *γῆα* ejusque oraculis).

¹ Sub *aśa*, quamvis adjectivo, latet hic notio substantivi *Aśēm*.

² Vide y. XXIX. ³ Praes. conj. r. *jas*. ⁴ Inf. r. *du — dâ*

⁵ Pot. r. *dâ* impers.

splendida nullisque offuscata tenebris gaudere prosperitate faciat],

qui vos, o Integritas, texendis - cantibus - celebrabo ¹ Mentemque Benignam imprimis ², Mašdamque Ahuram, quibus Potestasque exitu - expers [quorum potestas non est exitio obnoxia, aeterna est]: prosperitatem - impertiens Ârmaitis ³ ad - huic mihi gaudio ad - invocationes ⁴ - veniat ⁵ [ergo adveniat, a me invocata, gaudio, i. e. ad praebendum mihi gaudium],

¹ Conf Homericum *μῦθους ὑφαίνειν*.

² Apud Westergaardium legitur *apaourvīm*, quod non aspernandum, quum *a* privativum etiam addendae vi significationi vocum propriae inservire potest. *Ye vâo ašâ ufyâni manašcâ vohâ apaourvīm mašdamcâ* verteretur itaque: qui vos, o Integritas, Mentemque Benignam, non prius atque alium quemque celebrabo, Mašdamque, i. e. celebrabo vos, postpositis omnibus aliis celebrandis (Conf. significationem Sanscriti vocabuli *an-uttama*).

³ Quum sub *geus urvâ* ipsa rerum natura symbolice apud Airyos est expressa, in *Ârmaiti* provida summi numinis sapientia, quae legibus naturae servandis consulit restituendisque succurrit, si quid video. est statuenda (Vide annot. ad stropham 1-mam). Quod ad *-â ašēm*, genius hic, ab Ahura inseparabilis, eo est excelsior utroque, et Armaiti et Geus urvano, quod divinae integritatis et sapientiae, non solum in his, quae naturam, spatii et temporis legibus circumscriptam, spectant, sed etiam in omnibus, quae humani intellectus fines excedunt neque cum fragilibus universi conditionibus commune aliquid habent, partes gerere videtur. Vide annot. ad XXIX, 1.

⁴ Acc. plur. m. a *šava*.

⁵ Sententia *varēdaiti ârm.* — *šasatâ* est, ut saepe in carminibus nostris, parenthetica. *Âšasatâ* est impf. conj. m. r. *šas*.

1 qui animam mei [meam] caelo ¹ Bona trado ² cum Mente, benedictionumque ³ [praemii, emolumentum] pro bonis operibus ⁴ gnarus Mašdae Ahurae, donec possum polleoque quique docebo ⁵ ad-voluntatem ⁶ Integri [sc. Ahurae. Donec possum et polleo, donec vires mihi suppetant, usque mortales sacra doctrina instituum, in qua depositum est desiderium integerrimi numinis, nempe desiderium, ut homines amore erga bonum aversioneque a malo imbuantur ⁷].

5 O Integritas, quando te aspiciam ⁸, Mensque Bona, sciens [aspiciam sciens], thronumque Ahurae maxime-salutiferi ⁹, et Šraošam, Mašdae [thronum Ahurae Mašdae]: haec sacra-verba sunt maximum,

¹ Acc. a *gairya*. ² Praes m. r. *dā*. ³ Acc. plur. ab *aši*.

⁴ Gen. plur. a *skyaotna*. ⁵ Praes. conj. r. *kšā—šac* (Spieg Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 350). ⁶ Loc. ab *aēša*.

⁷ Sententiae trium posteriorum stropharum, quae a rel. *ye* inducuntur, a principalis, proprie in 1-ma stropha carminis expressae, sententiae praedicato *yāšā*, *desidero*, *precor*, pendent, auctoremque hymni quasi non plane, ut desiderii fructum adipiscatur, esse indignum demonstrationi destinatae apparent. Sunt ergo haec enunciata *rationum* vel *causae* enunciati principalis, causaliumque conjunctionum: *tanquam*, *quoniam*, rel. *ye* vices hic, ut alias passim, obit.

⁸ Imper. r. *darš*.

⁹ *Ahurāi šēvistāi mašdāi* sunt dat. pro gen. (Conf. yt XXII, 18 et 36).

nosque ea docemus ¹ malignos, lingua ² [O caelestia numina, Integritas, Mensque Bona, o fons omnium bonorum, Ahura! quando mihi hoc adveniet, ut vos demum coram, i. e. ob oculos meos versantes, praesentes, sciens et sentiens ipsum me pariter in vestra praesentia versari, aspiciam? quando illic, non ut in hoc perverso mundo, ubi pravi homines tam surdi sunt ad sacrae disciplinae admonitiones, quae ex ore meo iis traduntur, nil aliud nisi summum bonum summamque innocentiam mihi contemplari fas erit; caelestis haec quippe doctrina nonnisi puritatem, nonnisi integerrimum candorem animi, nonnisi integerrimum bonum et justum et humanum prae se fert neque ulla cum mendacitate, ulla cum injustitia uno in loco quodammodo consistere potest?].

Bona ades ³ *cum* Mente, da ⁴ Innocentiae-dator ⁵ longum-aevum, rectis, tu, verbis *tuis*, o Maşda, Şaraiustraе validum gaudium ⁶ [da longum aevum et gaudium] nobisque, o Ahura, quo ⁷ injuriam-inferentis injurias ⁸ retundamus ⁹ [At ne fiat, ut

¹ Praes. plur. caus. r. var.

² Instrum. *hişvâ* refertur ad *vâurôimaidê*. Conf. analogicum sensum in XXXII, 8.

³ Imper r. *gâ*.

⁴ Imper. r. *dâ*.

⁵ Spiegelius legit *asâ dâo*, novissimeque vocem *dâo* Germanica Schöpfung vertit (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 367).

⁶ Acc. *darêgâyû* et *ao.jônhvad rafênô* pendent a verbo *dâidi*.

⁷ *Yâ* instr. refertur ad *rafênô*.

⁸ Inter var. lect. Brockh. est *dvaêşâo*.

⁹ Impf. conj. r. *taurv*.

homines perpetuo surdi sint ad sacrae legis tuae mandata: ades benigne nobis, o tu fons omnis innocentiae, benignitatisque et integritatis, nec non iustitiae et rectitudinis viribus, quae verbis tuis a Šaraštra hominibus nunciantur, quaeque in mortalibus vigeant, des nobis inter meliores mortales longam beatamque vitam laetitiamque triumphantem et fortem, ut quam, immanium errorum tenebris ab hominibus tuis amotis, experire fas est, Šaraštrae scilicet tuo prophetae mihi, ut exercentes injurias tuamque violantes legem manu nostra detrudamus].

- 7 Da, o Integritas, hanc benedictionem [hoc beneficium, donum, faustum nempe et longum aevum, devictis religionis tuae inimicis], Bonae emolumenta Mentis [ut emolumentum mentis nostrae bonae], da tu, Ârmaiti ¹, Vistâšpae ² desiderium mihi [expleas Vistâšpae mihi animi nostri desideria]; facias ³ tu haec, o Mašda potentesque, quo [quia] vestri sacros-hymnos resonare-facimus oblationes ⁴[quum resonare facimus sacros hymnos, illos ad te mittentes, ut sacrificalia dona, pro sacrificio, quum offerimus tibi tuos sacrosanctos hymnos].

¹ Vide annot. ad 1-mam et 3-m strophas.

² Nomen Bactrorum ducis Šaraštrae coaevi. ³ Aor. r. *dâ*.

⁴ *Râdâo* est appositio vocis *maštrâ*; *šrêvîmâ* aor. pot. r. *šru*.

Optimum te optima, quem Integritati Optimae ¹ 8
 unanimum, Ahuram precor [Pecor te optima, o Ahura,
 te, qui unanimus, qui semper es concors aeternae
 Optimae Integritati] propensus viro Fraśaostrae ²
 mihi que [pecor de his omnibus animo itidem stu-
 diosus et Fraśaostrae, ut mei ipsius: impertias ergo
 omnia haec, o Ahura, non solum nobis, Śaraśustrae
 videlicet et Vistâspae, sed et Fraśaostrae strenuo
 amico nostro], quibusque [sc. nobis] hoc [haec] per-
 gas-impertire ³ omni aevō [per omne aevum] Bonae
 Mentis [donec **Bona Mens**, ἀγαθή Πρόνοια, existet.
 Sensus: prosperitatem et victoriam de malo ne adi-
 mas nobis in aeternum].

His vos non, Ahura Maśda, Integritatemque donis ⁹
 molestaverimus, quam Optimam [quae est optima,
 optimamque divinam mentem. Sensus: ne gravamini,
 o Maśda, Integritasque, Mensque divina Optima, nobis
 haec dona impertiendo], qui vobis ministerium [ministe-
 ria *sumus* decimo canentium ⁴ [qui in sacris vestris rite

¹ *Aśā vahistā*, instr. Apud Brockhausium: *vahistāi*, quod alii etiam non aspernandae lectioni dat locum, nempe: *aśāi vahistāi haśaośēm*.

² Nomen amici et, probabiliter, generi Śaraśustrae (vide y. LII, 3-4). ³ Conj. f. r. *rā*.

⁴ Justius: welche euch eine Hilfeleistung sind beim zehnten der Lobsänger. Totum enunciatum Spiegelius, in versione sua reddit sequentibus: Wegen dieser Segnungen wollen wir auch den Ahura-

peragendis semper operam nostram praestamus dum sacer hymnus recinitur a decimo e tuis ministris]: vos benigni *estis vosque* voluntas potestasque salutiferorum [vos benigni estis et penes vos, quum voluntas, tum potestas est omnia salutifera exsequendi].

- 10) Hic [in hoc mundo] ¹ quos ex Integritate scis esse Bonaequae creaturas Mentis, rectosque, Mašda Ahura [quem scis esse innocentem, bonum et rectis moribus], iis [omnibus hujusmodi mortalibus] exple ²

Mazda und Asha nicht peinigten, Noch den besten Geist (noch die), welche euch hilfreich sind beim Preisen. In novissimo opere suo vir clariss. *dašēma* Germanico *gebend* vertit (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 354), accipiendo id pro *dašma*, quod si probatur, vox forsitan unius originis cum *dašvarē*, *salus*, *valetudo*, statuenda erit; ad *dā* autem $\varphi\omega\gamma\tau\eta\tau\iota\omega\delta\varsigma$, puto, per *dat* posset referri. In Dec. S. Exc. verti: qui vobis ministeria sumus decimo hymnorum, scil. dum recinitur *decimus* hymnus, qua interpretatione $\tau\acute{o}$ *štūtaṃ* non ad *štūd*, ut nunc, secundum Justium et traditionis vocis explicationem, feci, sed ad *štūta*=*štuta* (ut *kšnūta* a *kšnu*) retuli. Utcunque tamen sit, sive hic de *hymno*, sive de *hymni cantore* agitur — certe utraque vocis explicatio jure, puto, admitti potest — vulgaris nihilominus attributi ejus (*dašēma*, *decimus*) significatio nullum utique clarum hic sensum praeberet. Si vox *dašēma*, secundum Spiegelium et *traditionem*, in hoc loco, ad *r dā*, dare, est referenda, non pigebit forsitan, si phrasin sic ad litteram reddas: qui vobis studiorum-contentio (*yōitēman* = *yaētman*, a *r. yađ*, sicut austrengen) *sumus* in-donatione *nostra* hymnorum, i. e. qui vobis cum maxima industria hymnos nostros offerendos curamus (Conf. str. 7). Apud Neriosenghium *yōitēma* redditur voce *pyyōpaciti*.

¹ Verti sic et typis expressi ad var. lect. Brockhausii (*id'ā yeng ašād hačā vōišā*, pro *ad yeng ašādāčā vōišā*).

² Expressi ad lect. var. Brockhausii *parēnā*, pro recepto *pērēnā*.

propositi-adeptionibus desiderium [fac, ut omnium bonorum animi desiderium expletum sit, obtinendo quibus egent]; at vos ¹ vobis [apud vos, in vestro quasi hospitio] non deficientes novi cibo, benignosque verba [verbis. Novi non esse vos parcos in cibo fidelibus vestris distribuendo, benignumque esse sermonem, quem hi a vobis audiunt],

qui, ut-par-est, Integritatem servo Mentemque ¹¹ Benignam in aeternum [qui semper Integritati moribusque benignis deditus sum, quae tua sunt, o Ahura] ². Tu, Maşda Ahura, pro-me -doce [perdoce, institue, instrue] e-te voci ³ caelo ab [a caelo] tuo ore [institue me, ut perdiscendae voci tuae, quae a caelo descendit, quae caelestis est, plane aptus sim, meque sanctissimo tuo ore, ut bene tua haec praecepta percipiam, instrue] ⁴, quibus [quo, sc. qua bona voluntate dei in verbis expressa] ex [ad]-mundus primus [primum, in principio, olim] -stetit [extitit, factus est] ⁵.

¹ *Ve* est accus. ² Relativum *ye* refertur ad praedicatum *vaēdā* in praecedente stropha, quam cum hac facillime subintelligendo sententiarum nexu Ahuricus vates conjungit, nempe ut si dixisset: scio ego precans non difficilia tibi factu esse, quae precor; ego, qui Integritatem cet. ³ Inf. r. *vaē*.

⁴ Vates, legibus sacris ex ore summi numinis exceptis, precatur, ut ex eodem divino ore simul et perfecta earum cognitio ad illum deveniat. *Mavyeus haēā* potest etiam intelligi: *ex animo*, i. e. libenter, sive, quod simplicius: *ex intimo animo*, referrique ad *vaōcāñhē* sensu: instrue me perdiscendae tuae voci, quae ex animo tuo promanat, quae est sincerrima divinae cogitationis tuae imago.

⁵ Conf. y. XXX, 4.



II.

MISSIO ŚARAṬUSTRAE.



II.

MISSIO ŚARATUSTRÆ ¹.

YAŚNA XXIX, 1—11.

Ad- vos [sc. ad Ahuram ejusque sanctissimam ¹ Sapientiam] ² Bovis-primaevae [rerum naturae, quae generi humano aequabiliter alendo et conservando est designata] ³ anima -conclamavit: Cui me creavistis? qui me creavit [ad quem usum in aeternum maerens

¹ In carmine hoc Śaratustras ad restituendas hominum pacem et prosperitatem mittitur ejusque adjuvandi et defendendi partes potentissimo alicui juveni a summo numine deferuntur precesque pro salute in universum, praesertim vero pro auxilio contra maş-dayaśnicae religionis inimicos, proferuntur.

² Quum sequens strophe, tum carminis ulterior tenor, *Aśam*, ut comitem et quasi principem in gerendis rebus Ahurae administrum, inducit, nullumque est dubium *ĕśmaibyā* ad Ahuramaşdam et ad Aśam hic praecipue referri. Sed quis est iste comes et administrator summi numinis, tam clare et distincte partes suas agens in hoc şaratūstrico. *ꞀꞀꞀ' ĕşoχꞀꞀ*, carmine? Appellative *aśa* est *puritas*, -- *incolumitas*, *innocentia*; sensu ergo nominis proprii nisi *puritatis et innocentiae genius* esse potest et a Neriosenghio ut igni, qui puritatis ubique est symbolum, praesidens traditur. Genius puritatis tuendae, idemque et discrimini inter purum et impurum, noxium et innoxium cet. faciendo, itidem *sapientiae* (conf. Gr. τὸ σαφές et τὸ σοφόν) apud populos şaratūstricos, ut ex carmine nostro apparet, praefuit.

³ Vide annot. ad XXVIII, 1.

creata sum? qui auctor est miserae hujus vitae]? ¹ Contra me impetus-irae, vis, terror in-exsiccando ² sunt [omnes hominum animi effrenati affectus in eo sunt, ut me plane debilitent, neque jam sustineam onus mihi sibi que infestissimas creaturas alendi], praedoque, furque. Non mihi nutritor ³ vobis alius est [non est mihi alius nutritor, quam vos, i. e. nullum aliud, nisi in vobis, potentissime Ahura, tuaque sanctissima integritate et sapientia, sustentaculum habeo]: itaque me edocete Bona nutrimenta [dum nisi a vobis sustineri possum, monstrate mihi, qua ratione cibum idoneum capiam, qua ratione bona in terris, nunc exhausta et conturbata, denuo, idque in perpetuum, abundant, qua ratione pessima aliena appetendi famas, extincta et extirpata, nullum jam in terris locum subsistendi habeat].

- 2 Tunc creator Bovis-primaevae [sc. Ahuras] interrogavit Sanctissimam Sapientiam ⁴: Ubi tibi [rerum

¹ Vox quasi desperantis naturae rerum, quum se non ad prosperitatem inter homines propagandam identidem opes suas effundere coactam malisque hominum, aliena diripientium, artibus laceratam et contaminatam videt, adeo ut nisi infortunii paene conscientiam, a desipientibus cultoribus suis relictam sibi, senserit.

² Apud Spieg. *ahisalyâ*, apud Westerg. et Just *âhusuyâ*, quod expressi. In var. l. Spieg. et Westerg. invenitur *âhisâyâ* et *âhusayâ*.

³ Apud Spieg. et in omnibus codicibus mstis legitur *vâstrâ*. *Vastâ* est correctio Westergaardii, quam Justins excepit, quosque et ego sequor. ⁴ Vide annot. ad 1-mam carminis stropham.

aequabilitati sanctissimae eidemque justitiae aeternae] bovi [bovinus] magister *est* [Est-ne tibi aliquis vindex injuriarum, quae rerum naturae tam atrociter ab hominibus inferuntur? nullum-ne veritatis et probitatis in terris tutorem habes? num omnia haec peraguntur nullo existente magistro, qui ad fas et decus scelestos redigere possit? ubi est magister —], ut ei [Bovi primaevae, i. e. rerum naturae], detis ¹, *tu et iste magister*, potentes cum-pabulo [nullis jam rebus deficientibus, nullis scil. cupidinibus, quae et ad bella, et ad alias malas artes homines excitant, genus humanum et rerum naturam vastantibus] apud - Bovis - primaevae - cultorem ² [sub hominum cultu] vigorem-viresque *prosperitatis lactitiaeque propagandae* [ut detis ei debitum vigorem sub hominum cultu. Sensus: nemo-ne est, qui bonorum omnium abundantiam, quae in rerum natura est sita, divina sapientia consociatus, evocare, absurdissimas nempe hominum similitudines tollendo, possit?]? Quem illi [sc. rerum naturae], quaeso, dominum ³ [dominum, genus humanum conservandi potestate in-

¹ Aor. conj. r. *dā*. ² *Gaodâyô*, loc. a *gaodâyu*.

³ Westergaardius junxit duas voces (*ustâ-ahurēm*), quem et Justius est secutus. Si recte, sensus erit: quem illi *institues* salutis-potestate-instructum dominum? At *ustâ* hic potest adhortativi quodammodo adverbii, ut Sanser. '*badran tē*, partes agere, Germanicisque: *bitte, denn* cet., ni fallor, partim respondere. Conf. *uk'syâ ustâ tanâm*, XXXIII, 10.

structum] *institues*, qui una-cum *omnibus* malignis ¹ frae-daemonium ² percuteret ³ [qui omni materiei irae simultatumque inter homines radicitus extirpandae praeesse possit]?

- 3 Illi [sc. Ahurae] divina-Sapientia — Non magister expers-invidiae bovinus ⁴ *esse potest* — respondit [Magister, qui homines doceret nisi rerum naturae leges colendo sibi eas propitias facere, non potest quin maximam invidiam apud homines incurreret]: illis [hominibus] non scitu ⁵ [homines non possunt perspicere, intelligere —] quo promoveret - quis ⁶ pia-opera ⁷, o Integerrimi [plur. majest.: o Ahura cum sanctissimo tuarum virium et qualitatum comitatu, vel aliter: o Ahura caelitesque sanctissimi.— offuscatis mentibus pia opera mortales vestri non curant, neque eorum est per se ipsos remedia invenire malorum, cui rei strenuo aliquo inconcussa-que praedito potestate duce est opus]! *At* existentium ⁸ [hominum, inter homines] *nisi hic est* potentissimus, cui ad-vocem [proprie: ad vocationes, vocati, imperati] pro-

¹ In var. Spieg. et Westerg. invenitur etiam *drëgrôdëbîs*.

² Apud Spieg. *âšmëm*. ³ *Vâdayôid* pot a *vâd'ay*.

⁴ Proprie—bovi: *gavôi* est dat. proprietatis.

⁵ Inf. r. *vid*. ⁶ In var. Spieg.: *šavaiti*.

⁷ In var. Spieg. et Westerg. invenitur *âdarëng*.

⁸ Conf. usum Sanscr. *sat* et *'bûta*.

deutes ¹ *sunt* [prodeunt, praesto sunt, i. e. cujus auctoritatem reverentur et timent] operibus-exsequendis-intenti [homines non sunt intenti pietati promovendae, quae, nisi operibus honestis vigentibus, viget, neque respiciunt veram inconcussamque pietatem pacemque laetam et omnibus numeris absolutam nisi tum oriri posse, quum non ad invidiae illecebras, sed ad bona opera suscipienda exsequendaque unusquisque est praesto; qui ergo facultate sanctissima pollet verbi et auctoritatis potentia ducere, ad voluntatem suam, homines, ipse sanctus et candidus, qui tali praeditus est fortitudine et eloquio, hic neque alius quis, aptus est reconciliando generi humano cum rerum natura, quae pugnancia secum, divinam humanae mentis indolem et facta praedatoria, jam ferre recusat]. ²

Maşdas [Deus,—pergit sanctissima Sapiencia] verborum *suorum* ³ maxime-est-memor, quae nempe perficiendo-pronunciaverit [quae scil. pronunciavit, ut sint perfecta, ut eventum capiant ⁴] ante-quidem

¹ Inter var. Spieg. est *gamâ*, Brockhausii: *şemâ*. Sensus ergo esset: inter existentes hic est potentissimus, cui ad vocem in *hac terra* (super terra) operibus exsequendis intenti sunt praesto.

² Verba hujus strophae quasi innuunt Şaratustram, qui postea (S) clare et distincte, ut generi humano et naturae servandis unice idoneus, proprio nomine suo appellatur. ³ Plur. acc. a *şaqârê*.

⁴ *Vâvêrêşôi* est pot. r. *varêş*. Notetur radix haec, quae significat: *creare, perficere*, tam apte de summi numinis verbo bis in hac strophâ adhibita. Apud Westerg. et Justinum: *râvêrêşôi*.

daēvosque hominesque ¹, quaeque perfecturus est postea-
unquam [quae pronuntiavit eveniendaque destinavit
antequam homines falsaeque illorum opiniones exti-
tissent, quaeque perficiet post istum universum dele-
tum. Deus est omnipotens: ille, neque quis alius,
rerum naturae, quae ab hominibus identidem laedi-
tur, ipsisque hominibus, qui, sanctis divinae naturae
suae legibus pugnando, ultimo jam interitu sibi ipsi
minitantur, salubre remedium afferre potest. Sensus in
universum: homines in verae religionis viam redu-
cere nisi *potentissimus* summi numinis propheta po-
test; at quis scit melius, quae universo, tum huic,
tum rerum futuro statui, sunt destinata, quam ipse,
qui omnia haec, hominum prosperitati justitiaeque ab
iis exercendae, procreavit? quis melius scit, quam
ille, quae naturae rerum sublevandae vigorique veri-
tati in terris reddendo sunt efficacia?]: ille arbi-
ter ² est Ahuras, at nobis ³ [quod attinet nos, uni-
versae naturae hominumque caelestiumque potentiarum
statum, itemque, quod ad proximam, vel maxime lon-
ginquam, ultimam in terris castimoniae et veritatis
victoriam probitatisque absolutissimam felicitatem]
fiat sicut ipse-ille desiderat ⁴ [nempe sicut desi-

¹ Conf. XXXI, 7.

² Est lectio var. apud Brockhausium et Westergaardium *vičarô*.

³ In var. Brockh. et Westerg. est: *alâ ni aṇhaḍ*, quod sensus
vim minime imminuit

⁴ *Vaśad* est aor r. *vaś*.

derat ille, qui veritati oppressae praesidium praebendum abnuere non potest] ¹.

[Verba caelestis Sapientiae sequentes sacerdotis preces excipiunt, qui cultum veri numinis non est oblitus, quique hic, veluti chori paucorum sibi similitium proborum partes gerens, inducitur].

At vos, o *Deus sanctissimaque Sapientia*, ⁵ extensis, supplices ², manibus, orantes *sumus* [oramus] Ahurae ad [ab Ahura, ex Ahura] mei [sacerdotis] anima Bovisque-primaevae docilis ³ [quae rectis cultoribus suis submissam se praebet] utpote Mašdam dubium interrogantibus ⁴ [Oramus in nostri commodum, precamur nobis, qui de solvendis dubiis ad Mašdam unice refugimus, qui ex angustiis rerum nisi per

¹ Enunciatis, quae ad genus humanum cum rerum natura reconciliandum sunt necessaria, divina Sapientia, non plane, puto, absurde, ut quae, visibili forma induta, summi numinis administrum, ideoque et creaturam repraesentat, exsequendis consiliis suis minime insistens omniaque summi numinis voluntati permittens, in his duabus (3 et 4) carminis nostri strophis a şaratuŝtrico vate fingitur.

² Dual. partic. m. r. *frī*. Apud Westerg. et Just. *frēñēmnā*; apud Spieg. et in var. Brockh. et Westerg.: *frīñēmnā*.

³ Spiegelius: gehende oder getriebene Kuh; Justius: *azi* (von 2 az), eine Kuh, welche ziehn kann. Mihi *aši* idem fere, sed strictiori sensu, videtur esse quod *marēša*, de *drvāšpa*, quae eadem est *geus urvā*, yt. IX, 2 usurpatum, quod Bovis primaevae epitheton ad *maršdika* et Sanscr. *mṛdu* retulerim. Conf. annot. ad str. 9.

⁴ Dat. commodi a *fēraśáo*. Apud Spieg. et in var. Westerg. *fēřšáobyô*. Corrigente Westerg.: *fēraśábyô*. Apud Just. *fēraśáobyô*. Est var. l. Westerg.: *fraśábyô* et *fraśáobyô*.

semitas, quas Mašdas ordinavit, exire contendimus, precamur —]: non recte-viventi ¹ exitium, non operibus-piis-intento maleficos inter sit locus ² [Precamur, ne pereat rectus, neque bona persolvens opera unam cum maleficis sortem habeat].

- 6 At *proprio ore suo* fatus est Ahuras Mašdas cernens calamitates maleficorum in-sua providentia ³ [divina providentia sua cernens calamitates, quas sapientissimas rerum naturae leges laedentes et violentes homines in se ipsos conflant, isque sacerdotis et rerum naturae preces accipiens]: Non unus [nullus] dominus cognitus *est* [nullus est cognitus, nullum scio dominum, qui —] neque hic [hic in terris] moderator *aliquis est* Sanctitate ex [nullus hic in terris est dominus nec princeps, cujus facta sanctitatis legibus respondeant, cui generis humani incolumitas curae sit]; attamen equidem [nihilominus tamen] te, *o rerum natura*, operibus-honestis-intento creator ⁴ universi procreavit [te, o rerum natura, in usum probe agentium hominum summum utique procreavit numen omnibusque ad augendam illorum felicitatem dotibus auxit et exornavit]:

- 7 hoc ubertatis Ahuras mysterium creavit Integritati-summae unanimes Bovis-primaevae laticesque

¹ Dat. ab *ērēšji*. Apud Spieg. *ērēšjiyô* (gen.) ² Quod ad usum adv. *pairi*, conf. *paiti* y. XXX, 2. ³ Conf. XXXII, 7.

⁴ *Īwōrēstā*, nom. a *Īwōrēstar*. Conf. Ross. *мооревъ*.

[i. e. in natura rerum posuit omnes fructus humanae felicitati et commodo necessarios ab illa eliciendos] ¹ ipse-ille fruētibus [hominibus] *dedit sua jussa* ² [suas leges, quibus hi fructus a hominibus sunt percipiendi. Mysterium scil. constat in hoc, ut homines sciant omnia illis necessaria esse in rerum natura, hominibusque amplissimos datos esse modos his copiosissime fruendi, nempe sacras leges, quas religiosissime observando, nil eos amplius deficiet. Notetur, quod hic natura quodammodo opponitur homini: illi data est copia rerum, huic autem ratio fruendi, eaque unice tuta]. Quis tibi *nimirum, o incolumis Sanctitas, est Bona Mente*, qui haec [rerum in uniuersum laetam abundantiam fructusque generi humano inde percipiendos] det [qui possit dare] ore *suo* [praeceptis, instructione] ambo [haec ambo] mortales [mortalibus, — quis est, o summa incolumisque sapientia, quem tu designare possis ut talem, qui edoceat, etiam si neque rex, neque dux esset, Bonae Menti innixus, i. e. nullo proprii emolumenti studio, sanctissimas leges meas homines? est-ne quis in omnibus hominum conditionibus, qui illos, ut vere a me rerum naturae

¹ Spiegelius: Diesen Manthra des Wachsthums schuf Ahura-Mazda im Einverständnisse mit Asha Für die Kuh und Milch —, et in annotatione: --- Ahura schafft einen Manthra, zu dessen wunderbaren Eigenschaften es gehört, Wachsthum hervorzurufen. Conf. XXXI, 6. ² Acc. *śásmjá*, per zeugma, refertur ad *taśat*.

cultores constitutos, ad fas et decus, verba mea proferendo, reducturus sit?]

- 8 Iste mihi hic [in terris] visus est, qui nostri unus *hominum* leges auscultaverit ¹ [Unum scio hominem, respondit divina Sapientia, qui sacrosanctas leges nostras, quasi propriis auribus suis, ex ore nostro audivisset, qui, mentem benignissimam servans, summi voluntatem numinis, quod ad hominis rerumque naturam, planissime intellexisset] — Šaraštras *nempe* justissimus ²: ille ex-nobis, o Mašda, deside-

¹ Impf. m. r. *guš*.

² Špítâmô, epitheton perpetuum Šaraštrae, a Burnouffio vocibus *excellent, très excellent*, a Spiegelio (in versione Germanica) voce *heilig* redditum. Vertendo sic, viri doctissimi vocabulum, puto, ad radicem *špiā* = Sanscr. *śvit, lucidum, candidum esse* referebant, quae radix metaphorice etiam ad *sanctitatis* notionem (ut Lat. *divus, divinus*, a r. *div*.) facile transire potuisset. Hušwârici interpretes, quos et Neriosenghius sequitur, agnoscunt in vocabulo *Špitamiden*, i. e. descendente, a *Špitama* uno proavorum Šaraštrae, cujus genealogia usque ad Manum (Manuscítra = filius Manus) in Bundeleshio (79, 5), et per hunc, usque ad Traêtaonam (78, 6), ascendit. Posteriorem vocis interpretationem amplectitur Justi in praestantissimo suo thesauro, cui nuper et doctissimus Spiegelius accessit (Sitzungsberichte d. K. bayer. Akad. d. Wissensch., 2 Juni 1866, p. 15, 16), in novissimo tamen grammatico opere suo priorem vocis versionem retinendo (Gr. d. Altb. Spr. 1867, p. 281 et alias), quod, ceterum, minime doctissimi viri opinionem imminuere videtur (vide Av. übers. III, LXIII). Vocabulo ad traditionis normam interpretando non parvum scrupulum injicit, quod hoc epitheto in gâtis non solum Šaraštras, qui se filiamque suam ad stirpem Haêcâdâšpae, nullam de Špitama mentionem injiciendo, pertinentem prodit (y. LII, 3), sed et Frašaostas una cum Gâmâšpa e stirpe Hvôgva (Hvôva), quod nomen

rat¹, e te ex-Integritateque, auxilia ad-nunciandum² nostras leges, nempe ut illi artem³ dare⁴ [ut detur illi ars] *divina* eloquendi.

At-que Bovis-primaevae anima ejulavit⁵: Quae⁹ debilem [sc. non regem vel heroem aliquem] tristitiae [ad tristitiae meae, in hunc tristis fortunae meae statum] moderatorem *nanciscor* vocemque viri imbellis [Quum servatorem mihi Ahuras virum veritatis cognitione et eloquentiae praeditum decernit, utque talem, divina Sapientia imbellem Śaraśustram mihi designat], quam⁶ [sc. vocem] desidero votorum-compotem⁷ [postquam desidero, ne prophetae tui,

nusquam inter Śaraśustrae majores occurrit, oriundi (y XLV, 16, 17 cet.), et Maid'yōmāonhas, vir incertae stirpis, honorantur (y. LI, 19); adde his, quod vox *špītama* ut epitheton etiam dei Miśrae usurpatur (yt. X, 118), tum quod, si revera Śaraśustras, tam saepe in Śendicis libris a Špītama descendens praedicaretur, difficile esset admitendum, quod jam et Anquetilius notavit (Z. A. t. I, Vie de Zor. p, 9), nullam ibi de hoc Špītama mentionem, postquam patris et proavi Śaraśustrae (Pouruśāspae, Haēcaśāspae, ut annotavi) nomina aliquoties occurrunt hieque ejus, ut vult traditio, atavus certe gestis a se rebus perinsignis fuisset, inveniri. Quod ad me, vocabulum si non plane synonymum esse τῶ *špēnta*, *špēntōtēma*, *špēnista*, certe aliquem honorificum potius, quam genealogicum, titulum esse posuerim, qui titulus etiam in filiam suam Pouruśistam fluxisse potuit (y. LII, 3), quae vere genealogico etiam titulo, Haēcaśāspāna, nominabatur (ibid.).

¹ In omnibus editionibus: *vastī*, sed inter lectiones Brockhausii est *vaštī*, quam in libro meo expressi. ² Inf. caus. r. *šru*.

³ In var. Westerg. est *hudēmim*. ⁴ In var. Brockh. est *dayāi*.

⁵ Impf. m. r. *rud*. ⁶ *Yem* et antierius *yc* sunt caus.

⁷ Apud Spieg.: *yem ā vašēm iśā kśatrēm*. Duas paenultimas voces

quem in persona Śaraŕuŕtrae uniuersum aspiciet, uerba irrita cadant], quando *ergo* heros ¹ iste fiet ² [ueniet in mundum], qui illi (sc. Śaraŕuŕtrae) det ³ manibus-ŕraeditum [efficax, strenuum] ŕraesidium [Quum uerba tua imbellis uiri ope nuncianda hominibus tibi ŕlaacet; at certe fas mihi sit confidere te aliquem heroa missurum, qui salutiferrima declarantem ŕraecepta contra innumium hostium furores ŕrotegat.]? ⁴.

conjunxit Westergardius, quem secutus est Justius, ut et ego prelo expressi. Apud Westerg. et Just: *â vašêmî*; inter var. Brockh. inuenitur *âvašmî*; expressi *âvašêmî*.

¹ Quod ad significationem hic et alibi uocis *yava*, conf. analogum usum uocis *aršan* yt. X, 86; V, 49 cet.

² *Aṇhaḍ* impf. conj. r. *ah*. ³ Impf. r. *dâ*.

⁴ Subuersis humanis diuinisque rebus, ordo rerum naturae consentaneus nisi a potentissimo heroe aliquo ex integro stabiliri posse uidebatur, qui maxima, a summo numine data sibi, potestate, uis humanitatem a ŕrauis facinoribus cohibere potuisset illamque nisi bonam et iustam esse in posterum et in aeternum coegisset, haecque quasi expectabantur post interrogationem de naturae iniuriarum uindice initio carminis nostri ad diuinam sapientiam a summo numine factam (2); at non fuit ita in iustitiae diuinae aeternis legibus, quae non tales sunt, ut generi humano liberum agendi arbitrium adimant, quum uere iusti et boni homines non aliquo imperio, etiam si iustissimum euaderet, fiunt, sed intima uniuscuiusque ŕraersuasionem bonum esse, ut naturae rerum, ita humanae, maxime consentaneum, falsum uero, quod idem est malum, ut ueritati, ita sanae rationi hominum dignitati que et incolumitati ŕraepugnare; itaque omnia haec non manu quilibet fortissimus homo, ex Ahurae decreto, sed ipse ueritatem moresque a noxa incolumes, ŕrao armis, tenens diuinioreque eloquentia ŕraeeditus, qualis nempe Śaraŕuŕstras, inter coaevos suos, ut apparet, cluebat, hominibus in mentem, ad carminis nostri sententiam,

[Sequuntur preces Sacerdotis].

Vos illis [rerum naturae et Šarāfustrae] auxi- 10

unice revocare potuit. Postquam autem vox Šarāfustrae, quamvis veritatem divinam promulgans, mediocris alioquin, carminis hujus edendi tempore, conditionis et imbellis hominis esset, quique *paurvatātēm* (y. XXXIII, 14; conf. LXX, 1, ubi Šar., itidem *honorifice* forsan, voce *paurvatara*, ut *špītama*, appellatur), quo temporis progressu eminebat, nondum assecutus fuisset, hominumque et rerum naturae inimici essent potentes minimeque veritatem curarent, rerum natura, quamvis divinae veritatis declaratio in Šarāfustrae missione, Ahura ipso dicente, sit promissa, non desinit querendo de summi numinis propheta omni auxilio contra potentissimos impios homines destituto, desideriumque ahurici Šarāfustrae adjutoris contra valentissimos impios in hac stropha exprimit. Notetur naturam rerum flagitantem potius, quam orantem auxilia, šarāfustricum carmen fingere, quum se minime pro delictis cruciatam, sed plane innocentem senserit. Non omnino cassum est sensu etiam hoc Ahuram, quod ad adjutorem Šarāfustrae mittendum, non respondisse, idque a summa clementia sua, qua et Šarāfustras ad revocandas in mentem hominum divinas leges, quas obliiti erant, in praesentia nisi sperandum reliquisset, quum sit quasi jam secunda aliquomodo, hominum saluti, de summa justitia cessio, quamvis in šarāfustrico numine summa clementia, ut apud revera deum, minime summae justitiae repugnat, quod et sacerdoti addit animos de hac etiam divina gratia (nempe de auxilio rerum naturae et Šarāfustrae mittendo, quod prosperitatem universam, quae e summi numinis desiderio est, adducat) precandi, praesertim, quum supplementum et aliquo modo consequentia sit jam a clementissimo numine concessae. Sub *yava*, forsan innuitur hic Vistāšpas, qui verbis sacri hymni quasi praedestinatus, sed tempore, quo hymnus est promulgatus, nondum res Šarāfustrae praesidio suo est amplexus. Exclamatio in hac carminis stropha Bovis primaevae multum analogiae offert cum lamentis Bovis 86 yashti in Mišram (*kapō nō arša gavaitim apayād* —) adeo ut nunc plane persuasus su in yashto et hic de eadem Bove, nempe de rerum natura typic expressa, agi (nil in-

lium ¹ date ² Sanctitatis-ope [dum quod quaerunt justum et sanctum est] Potentiamque tantum [tantam potentiam] Bona Mente *vestra*, quo [sc. Bona Mente, cujus mentis vestrae benignae viribus] laetasedes quietemque *genus humanum* sibi - efficeret ³. Ego-vero-si-quis-alius istius [nempe laetarum sedium et pacis], o Mašda, te confido ⁴ inde-ab-initio rerum [ab aevo] esse possessorem [scio penes te, o summum numen, semper esse potestatem bona mortalibus impertiendi ⁵]:

11 quo Sanctitas, Benignaue ⁶ Mens Potestasque at abierunt ⁷ [Scio summam facultatem prosperitatis

pedit etiam 38 eandem lamentantem Bovem induci, subsequantiaque impiorum infortunia, ut poenae, quas pro illa laesa solvunt, describi) attributumque ibi hujus bovis *uštānašāstō*, si perpenderit typice hanc imaginem mašdayašnicos homines intellexisse (conf. annot. ad XXVIII, 1) non tam absonum esse. At quamvis eadem ibi et hic rerum naturae ab hominibus laesae et oppressae est notio, tamen succurrendae illi alia in nostro carmine, alia in yashto exhibetur ratio, quod de diversissimis, ni fallor, amborum temporibus testari videtur, quum in carmine Bovis primaevae saluti unus hominum designatur, in yashto vero ipse Ahuramašdae vicarius, qualis ibi Mišras describitur, has sibi partes assumit. Ceterum, notio Salvatoris etiam fortuito hic a diaskeuastis, omnia honorifica undique in celebrandum a se deum transferentibus, fluxisse potuit, eo facilius, quod Mišras, ut genius concordiae et societatis inter homines stabiliendae, apud Airyoš adorabatur.

¹ Acc. ab *aogayh*. ² Aor. imper. r. *dā*.

³ Aor r. *dā*. ⁴ Aor. m. r. *man*. Apud Spieg. *menhi*.

⁵ Conf. XXVIII, 10. ⁶ Inter var. Westerg. est *vohūcā*.

⁷ Westergaardius, Spiegellius et Justius legunt: *mā mašā*, locum-

bonis operibus ab hominibus comparandam esse et nisi a nutu tuo pendere laetissima hominum secula. Tu potentissimus et benignissimus es; at mala saeviunt in genus humanum ipsaque rerum incolumis natura scelerum atrocitate contacta jacet. Ubi est in terris tua sanctitas, benignitas, majestas? Revoces haec in terras servesque infelices, quos arbitrii, a te concessi, libertas, male tractata, jam jam praecipites in extremum exitium propellit]? Vos [plur. majest.], o Maṣda, fortiter ¹ magnam magnitudinem ad [ad magnam magnitudinem] decernitis ² [Tu, o Maṣda, maximos decernis triumphos, huic videlicet, qui animo te coram non despondet]: Ahura, age, nobis praesidium *praestes* ³ pro-nostro-sacrificio ⁴ vestri-similibus ⁵

que Spiegelius interpretatur: Wann wird Heiligkeit, gute Gesinnung und Herrschaft zu mir kommen; Justi: wann (sind) zu mir eilend. Expressi et verti ad conjecturam Westergaardii, qui suspicatur hic adj. verb. *māmaša* esse. Quod ad *kudā*, sensum ἀπαξ λεγόμενης interrogativae particulae in Rossica ἁμορφῶν κῦδα conservatum agnoscere sum periclitatus. ¹ Loc. a *frākšnēna*. Apud Spieg. *frākšnēnē*.

² *Maṣōi magāi ā paitišānatā*, ad literam: decernitis ad magnam magnitudinem, magnae magnitudini (*maṣōi magāi* sunt dativi), i. e. decernitis, ut vigil et alacer in sanctissimis legibus tuis exsequendis egregie sit exaltatus. *Paitišānatā* est praes. r. *šan*.

³ Vel: praesidium (praesidio) sis.

⁴ Secundum J. *ehmā* est instrum., phrasinque *ehmā rātōis yūsma-catam* clariss. vir, ut ellipticam, Germanice reddit: durch uns sei euch eine Gabe. Quod ad me, phrasin *ehmā rātōis*, in qua *ehmā* tam bene Sanscrito *asmad-* respondet, nunc, e mente clariss. Spiegelii (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 370), pro nomine compos. accipio.

⁵ De objectivitate vocis *yūsma-catam* conf. XXXIV, 2.

[Sis nobis propitius, o Ahura, praestantissimumque comparent nobis praesidium sacrificalia dona, quae vobis, i. e. tibi cum caelesti tuo comitatu, offerimus, qui talis es, ut ingenua hominum pietas nunquam apud vos irrita permaneat].

Missio ad genus humanum rerumque naturum servandam Šaratuštrae, vivente propheta nostro, ut ex carmine ei coaevo, si bene illud intellexi, a summo numine instituta, apparet, aliter ab hominibus ejusdem mašdaici cultus, post multa secula, tenacibus concipiebatur, Šaratuštrasque ibi in ipso rerum initio, quae jam collapsae erant, his suo tempore sublevandis, ut a summo numine praedestinatus, depingitur. Praeclarum locum Bundešeschii (c. IV; conf. Spieg.: die trad. Literatur d. Parsen, p. 102—103)), in versione b. Windischmanni, quum non justo prolixior sit, comparationis causa, subjungere non pigebit:

Und das ist gesagt: Als der einziggeschaffene Stier starb, fiel er auf die rechte Hand. Gayumart hierauf, als er starb, fiel auf die linke Hand. Gosurun, das ist die Seele des einziggeschaffenen Rindes, ging aus dem Leibe des Rindes heraus und stand vor dem Rinde. So stark wie tausend Menschen, wenn sie zugleich ihre Stimme (Geschrei) erheben, klagte er (Gos.) dem Ahura: «die Herrschaft der Geschöpfe, auf wen hast du sie gelegt, wenn die Erde Schaden verdirbt, die Bäume vertrocknen und das Wasser gepeinigt ist; wo ist der Mann, von dem du gesagt hast: ich schaffe ihn damit er den Schutz der Welt ausspreche? Hierauf sprach Ahura: krank bist du Gosurun von jener Krankheit, die Ganâmino über dich gebracht hat. Aber wäre es möglich, diesen Mann in dieser Zeit auf dieser Erde zu schaffen, so würde G. nicht in dieser Macht sein. Fort ging Gos. zum Sternenkreis und jammerte auf dieselbe Art, fort zum Sonnenkreis. Da zeigte (Ahura) ihm den Frohar des Zartust: ich will ihn schaffen für die Welt, der den Schutz aussprechen wird. Zufrieden nahm der himmlische Gos. es an: ich will die Geschöpfe pflegen: nämlich er war in der Welt zur irdischen Schöpfung wieder einverstanden.

III.

DUO SPIRITUS PRIMAevi.



III.

DUO SPIRITUS PRIMAEVI.

YAŚNA, XXX, 1-11.

At haec dicam desiderantibus, quae Magni-opera ¹
sunt [dicam opera Magni], quod-nempe sapienti [quod
 sapiens intelligere, intellectoque in rem suam vertere
 possit], laudesque Ahurae ¹, venerationemque Bonae
 Mentis, approbata a Sanctitate quae-que, quae splen-
 doribus conspicua, propitia *sunt*.

Audite auribus, aggrediundo ², *vestris* optima, ²
 conspice ³ [attendite] pura mente ⁴ ad desiderabile
 nobis decidendum ⁵ [ut decisionem mente feratis, utrum
 vobis sit desiderabilius] virum virum [unusquisque
 pro se ipso] suo corpori ⁶ [sc. suae salutis]. Ante
 magnum negotium ⁷ [dum adhuc vivi sumus neque ul-

¹ Dat. pro gen. Conf. XXVIII, 5.

² Vel: audite ut par est, convenienter, attente (*âis*).

³ Imper. r. *vaên*.

⁴ Justius legit: *śúcâ* (acc. n.) *manahô*, cum significatione: per-
 spicite lucidum (das Klare) mentis.

⁵ *Vicîtahyâ*, g. a. *vicîta*. ⁶ *Qaîyâi tanuyê*, dat. commodi.

⁷ *Maşe yâonhô*, gen.

timam rationem de vitae nostrae gestis reddendam postulamus] huic nostrae instructioni ¹ [ut nos instruant, edoceant] sapientes praesto sunt.

- 3 At hi duo-spiritus in-principio-rerum ² in-qua terra ³ [in hoc, quod est terra, i. e. super hac terra] per-se [sponte, i. e. peculiari sibi natura et indole] declaraverunt ⁴ in-cogitationeque, sermoneque, operibus haec-duo ⁵ melius malumque [melius malumque in cogitatione, sermone et operibus. Sensus: potestas quum boni, tum mali appetendi, enunciandi et faciendi, inde jam a principio rerum, una cum libero agendi arbitrio et discernendi facultate, existebat]. De-illis ⁶ [sc. de duobus spiritibus] bene-sapientes recte decidunt ⁷ [iudicium proferunt, sapiunt], non male-sapientes.

- 4 Atque quum hi con- duo-spiritus -venerunt ⁸ [con-venerunt, quum data eis demum fuit potestas pateferi in

¹ *Šašdyái*, inf. r. *šaph*. ² Conf. XXXI, 7—12 et rel.

³ Vertendo sic, libentissimo animo explicationem vocabuli *yemá*, quam in recensione anterioris libri mei (Heidelb. Jahrb. d. Liter. 1866. № 22, p. 342; Gramm. d. Altbaktr. Spr. p. 346) Clarissimus Spiegelius edidit, arripio, quum opinio Bonum et Malum eundem patrem, i. e. eandem originem, habuisse sensui dignitatis humanae repugnet neque usquam in Zendicis libris, nisi hoc loco, si sub *yemá* gemelli intelligerentur, apud antiquos Airyos valuisse, quantum scio, probari possit. ⁴ Dual. aor. r. *šru*. ⁵ *Hi*, dual. a *ha*. ⁶ Genit. dual. ab *aem*. ⁷ *Viškyátá*, perf. partic. r. *šká*. Apud Westerg.: *višyátá*. ⁸ *Ġasaitēm*, pot. dual. r. *ġas*.

mundo], primum perfecerunt ¹ vitamque vitae-destructionemque, utque factus est ² demum mundus ³; Pessimus *exinde spiritus* maleficorum [maleficis augendis], at sancto [sanctitati tuendae et conservandae] optima Mens *est praesto*.

Horum duorum-spirituum elegit ⁴ qui Malus *est* ⁵ [malus spiritus] pessima ⁵ factu ⁶, sanctitatem *vero* spiritus sanctissimus, qui firmissimum caelum incolit ⁷,

¹ Dual. praes. m. r. *dā*. ² Impf. conj. r. *ah*.

³ Verti ad Westergaardii, quam et Justius praefert, lectionem. Apud Spiegelium *aṇheus*, quod ad idem paene recurrit, siquidem tunc, voce *apēmēm* pro subjecto enunciati accepta, vertendum esset: utque extitit demum ultima confectio, i. e. praesens conditio, mundi.

⁴ Impf. m. r. *var*. ⁵ *Acistā* est acc. plur. neutr.

⁶ *Vērēšyō* acc. sing. determinativus a *vērēšyāṇh*. Justius, praeeunte Westergaardio, legit: *acistāvērēšyō* (das böseste Thun), quod in anteriore libro meo expressi. Spieg.: Von diesen beiden himmlischen wählte das Schlechte der Böse (darnach) handelnd.

⁷ Non est, ni fallor, urgendum sub *mainyus špēnistō* necessario ipsum Ahuram, e vatis mente, hic intelligi, estque potius non deus proprie, sed boni ratio et institutum, quae, quum est divina, eadem in caelo et in terris habitat, in caeloque inconcussum neque ullam a malo offensionem patiens asylum incolit estque utique etiam hic in terris, ut caelestis, natura sua aeterna et victrix. — Quum radix *vaṇh*. sensu: *incolere, habitare*, Sanscrito *vas* respondens, etiam in Śendica lingua usurpatur (haecque forsā est et Germanicum *wohn-en*), lectionem *vastē*, tam bene Sanscritam formam referentem, quam inter variantes Spiegelii inveni, alii receptae (*vastē*), ut, significatione sua, simpliciorē, quamvis, fateor, et altera (*vastē*) minime mihi, ut ad poeseos formam magis accedens, displicet, ad illud *vaṇh* reducendo, retinui et, ad hunc ejus valorem, in versione mea expressi. Justius (sub 2 *vaṇh*): welcher sich die festen Himmel umkleidete (der Himmel ist Ormazds Kleid).

quique propitium faciunt ¹ Ahuram justis operibus, profitendo Mašdam.

6 Horum-duorum non recte senserunt ² Daêvis-adicti ³, quum hos fefellerimus ⁴ [quum hos non sumus, ut putaverint, secuti]. Ad-interrogantes ⁵ devenit [i. e. consilium, conciliabula instituit], postquam *agendi normam* elegit ⁶, Pessimus spiritus: at [continuoque] ad Aêšëmëm concurrerunt ⁷, quo [ut] contaminentur ⁸ mundum mortales [Fide sublata, ad Aêšëmëm, i. e. ad effrenatos irae aliosque mentis affectus satisfaciendos, unusquisque nocendo mundo intentus praeceps se contulit].

7 Ad-illumque [sc. ad spiritum sanctissimum] Po-

¹ Impf. r. *kšnu*. ² Particip. perf. r. *skâ*. Apud Westerg. et iu chrest. Justii *višyâtâ*.

³ Sub voce *daêvacînâ*, daêvos cum Spiegelio in anterioribus editionibus intellexi, *êina* pro pron. suffixo accipiendo; nunc compositum cum *êinanh* (ut *ašpacîna* cet.) probabilius, quum utique hominum contentio hic depingatur, mihi videtur.

⁴ *Âdêbaomâ*, Impf. r. *dêbu*. ⁵ Partic. praes. m. r. *paršs*. Quum forma masc. in *eng* abstractis etiam notionibus exprimendis in Šendico sermone inservit (ut *šaveng*, advocaciones), forsitan anterior mea hujus loci versio (quaestionem, proprie vero: quaestiones, interroga-tiones, subiit, quod utique eodem, quod ad *ερωσεις* sensum, redit), non omnino etiam nunc est rejicienda.

⁶ Impf. m. r. *var*. ⁷ Impf. m. r. *dvar*. ⁸ Pot. r. *baṃ*, quam novissime Spiegelius *trucidandi* significationem habere suspicatur (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 349). Neriosengh.: *âkrôšayanti*; in versione Germanica et apud Justium: verunreinigen.

testas venit ¹ Mente cum-Bona [prorsus sana et benigna cum ratione] Integritateque. At corpori [sc. vividae existentiae horum, qui sanctissimum spiritum, i. e. veritatem, sunt amplexi] perpetua dedit Ârmaitis ² firmitudinem ³ [Inde jam a primo motu, quem malum in mundo patefecit, immutabile tamen verum bonumque, ut quod non solum in divinis legibus, sed in ipsa vita existit, in ipsa rerum naturae ratione firmitudinem est adepta neque a malo devinci potest]. Illis [sc. potestati, quae sapientiae et castitati est innixa] te apud [apud te] sit ⁴ [ita sit, ita adveniat], ut-quum aggressus sis ⁵ ad creandum ⁶ primus [ut fuit. quum primum ad creandas res accessisti, i. e. ut fuit rerum ordine nondum a perversitate humana corrupto ⁷].

Atque quando illis poena advenit ⁸ maleficis, at, ⁸ Maşda, *tunc* penes te Potestas Bona cum Mente sunt praesto ⁹: his dominatur ¹⁰ *illa* [sc. divina Potes-

¹ *K'satrâ* plur. neutr. cum verbo in sing., ut in Graeca l.

² Vide annot. ad XXVIII, 3. ³ Acc. ab *Ayman*. Spicgelius in versione Germanica: Kraft; Justius: Macht, Beständigkeit. In novissimo tamen opere suo Clariss. Spiegelius vocis significationem in dubium vocat (Vide Gr. d. Altbakr. Spr. p. 355; conf. Neriougl's Sanskr. Uebers. des Yaşna, annot. ad XXX, 7). ⁴ Impf. conj. r. *ah*.

⁵ Impf. conj. m. r. *i*. ⁶ Expressi *â dânaîs* ex consilio Justii.

⁷ Sententia, ut saepe in *gâtis*, parenthetica.

⁸ Praes. conj. r. *jam*. ⁹ Perf. dual. m. r. *vid*.

¹⁰ *Şastî*, praes. r. *şanh*.

tas, in ditioe sua habet, praestat invictos et triumphantes], o Ahura, qui sanctitate ¹ *sua* dedunt manibus [i. e. opprimunt, plane devincunt] diabolium [*drugēm*. Sensus in universum: probos et honestos homines victoria et triumphus utique manent, veraque semper est ex illorum parte potestas].

9 Atque tibi nos simus [simus tui], qui hunc procedentem [prosperum, laetum] faciunt ² mundum [pro: facimus, qui studemus prosperitati hujus mundi], Mašdasque *et* Superi [Immortales Sancti] auxilia ferentes ³ *sint* [auxilia ferant] cum-Sanctitate. Si-quippe cum rectis-mentis-affectibus ⁴ est-quisque ⁵, ubi divina-sapientia, *istic* erit in-domicilio ⁶.

10 Tunc equidem in Drugas clades exoritur ⁷, scissio destructionis [ultima perniciis]; sed ocissime congregantur [conveniunt] ad faustum-domicilium Benigni Spiritus, Mašdae Sanctitatisque, qui proficiunt ⁸ in-Benigna lege.

¹ In Dec. Š. Excerptis Spiegelii lectionem *ašái* exhibui ad eamque verti. Apud Westergaardium, quem et Justius sequitur, est *ašá* haecque lectio loco analogo in y. XLIII, 14 nunc mihi comprobari videtur.

² Impf. r. *kar*, 3-a pers. pro 1-ma. Conf. yt. XXII, 11, ubi usurpata est 3-a pro 2-da. Vide Gr. d. Altb. Spr. p. 313. ³ *Baraná*, per zeugma, pendet a *qyámá*. ⁴ Acc. plur. a *manaph*. ⁵ Impf. r. *bú* impers.

⁶ Acc. plur. a *maéta*. In var. lectionibus reperitur *maété*, quae forma locativi faciliorem, nescio an veriolem, quam acc., constructionem praebet. ⁷ Praes. r. *bú*. ⁸ In var. Brockh. est *šašanti*. Apud Spieg. *šašēnti*. In var. Westerg.: *šašēnti vañháu šravahi*.

Quare has-duas leges [has duas vitae conditiones] ¹¹ discite ¹, quas Maşdas dedit hominibus [quarum discrimen Maşdas dedit cognoscendum hominibus] alacriterque ² singillatim, quodque [sc. quae doctrina] longinqua [perpetua] maleficis plaga ³ est, salutariaque hominibus-probis *haec sunt* ⁴ at etiam his *edoc-tis* fit ⁵ aeterna-felicitas.

¹ Praes. r. *śakśś—śac.*

² Cum *voluptate*, vel *desiderio*, si in radice vocabuli *q̄iti* inest notio τὸ ἄβιλᾶς, ut tradit Neriosenghius (conf. Slav. хотѣти et Graecum χατέω, χαρίζω, desiderare, Lat. vol-uptas et vol-o, velle). Conf yt X, 68. ³ Nom. a *raśaṅh.*

⁴ Voces *śavaćá aśavabyó* possunt intelligi etiam non ut separatum enunciatum, sed ut remotius objectum (in acc.) verbi *śaśatá*, notionem proximi ejus objecti amplificans; simul et enunciatum *aipí táis aṅhaití ustá*, si non ratione syntactica, ad intellectum tamen, pro idem objectum (*urvátá*) amplificante accipi potest.

⁵ Praes. conj. r. *ah.*



IV.

DUAE HOMINUM CONDITIONES.

IV.

DUAE HOMINUM CONDITIONES ¹.

YAŠNA XXXI, 1—22.

Has vobis duas-conditiones memorantes [memorantes ¹ de duabus, proborum et scelestorum, vitae conditionibus] inauditas [minaces, terribiles] voces effabimur ² his, qui ³, institutis daemonis, incolumitatis dominia depopulantur ⁴, at-quidem his optima [acceptissimas], qui integerrime dediti sunt ⁵ Mašdae.

Si, adeundo non manifestum ⁶ [adeundo quae nisi ² mentis oculis percipienda sunt], dubii-expers, firmum-me-praesto ⁷ bene-probus ⁸, at vos *tunc* omnes, o

¹ In carmine hoc duae conditiones, quas inde ab initio summum naturae rerumque invisibilium arbiter bonis et malis hominibus assignavit, duaeque conditiones, hujus et alterius vitae, describuntur, recommendaturque heros, qui rectitudinis partes est amplexus. Carmen quasi supplendo praecedenti destinatum, ex parte, videtur esse, si illud non ad aliud aevum aliamque forsan doctrinam pertinet.

² Praes. r. *šenj*. ³ Apud Westerg. et Justium *yô*; apud Spieg. et in var Brockh. *yô*.

⁴ Praes. sing. collective (secundum Justium) m. r. *marěnc*. Rossice vertendum esset: *тѣмъ, кто уничтожаетъ* (pron. et verb. in sing.)

⁵ Impf. conj. r. *ah*.

⁶ Dat. ab *urvāna*. ⁷ Perf. particip. r. *darěš*.

⁸ Compar. a *vañhus*. Justius: wenn ich als guter festhalte an.

caelestes potestates, facillime adeo ¹ sicut *genuinum herum* ² [Fidei et probitatis conscientia innixus, nunquam impedimentum offendo caelestia lumina adeundi, semperque mihi patent ista excelsa palatia, ubi, ceu pater familias, summus universi dominus fidos sibi homines, sicut familiares suos, recipit. Sensus: nisi una fides perducit ad cognoscenda caelestia, illaque munitus vates fortem se praestat nunciare ista hominibus]: dominus, scio ³, Maşdas *est* istarum duarum-patrium, quo [qua ratione, scil. quas partes, nempe hanc et futuram vitam, sibi destinatas, habendo], Integritate ex [ex Integr.] vivimus [fidei ergo ope video et scio Maşdam esse unicum dominum, quum praesentis, tum futuri, mei et rerum naturae, status, dominum hujus vitae, quam ad futuram beatitudinem adipiscendam totam hic integritati operibusque piis impendo].

3 Quam soles-dare ⁴, Spiritu, Igne, Integritate, im-

¹ Praes. m. r. i.

² Sic intellexi *ratûm*, suadente Justio. Ceterum phrasis *yata ratûm* potest etiam verti: *ut tempus*, i. e. *tempore rato, suo tempore*, quod principalem enunciati sensum non mutat, phrasis enim *âyôî vâo vişpeng* utique significaret: adeo vos rato tempore, soleo adire, o caelestes potestates, ut mihi plane familiares. Conf. locos citatos cum significatione *temporis* apud Justium sub voce *ratu*.

³ Praes. r. vid.

⁴ Aor. r. dâ.

pertias ¹ ambobus-pugnantibus ² sapientiam, quod rei-decisionem [quae rei decisio sit, hanc —] intellectu-praeditis ³ istud ⁴ [nempe discrimen, *prakāśatvam*, interpretante Nerios., — sanae decisionis facultatem] nobis ⁵, o Mašda, sciendo ⁶ [ut sciamus] effare lingua tui oris, quo [ut] viventes omnes instituan ⁷ [Quumque fidei ope summum universi dominum mihi adire et alloqui licet, primum omnium precor, ut certantibus inter se Airyis mittat sapientiam veritatis discrimen, de quo pugnant, bene percipiendi, quibus intellectis, non jam ulterius simultatibus sit locus: effare hacc sanctissimo tuo ore, ut, fraternis turmis peccatis, veritatem, per te apertam, monumentum faciam generi humano].

¹ Impf. r. *ciś*.

² Conf. y. L, 9, ubi expressio *ayaṅhā kśuštā*, *terrestria* potius *arma* denotans (quamvis nil impediret alioquin metaphorice et ad spiritalia illa referre), forsani rationi meae vocem *rānōibyō* intelligendae aliquid roboris afferre potest. Procedendo ulterius, sub *ātrā*, hic et in aliis gātarum analogis locis, itidem physicum, in bellis ad usum vocari solitum, ignem, sub *mainyū* autem hic bellicum fervorem, quem *courage*, *valeur*, Galli appellant, sub *aśā* autem causae proborum integritatem et justitiam intellexerim.

³ Spieg. et Just.: *hyaḍ urvantēm časdōṅhvadēbyō*; Westerg.: *yyad urvatēm časdōṅhvadēbyō*; *urvantēm* invenitur etiam inter var. Westerg. Vocem hanc idem puto hic significare ac *vaṅhāu* XLVI, 6.

⁴ *Tad* refertur hic ad praecedens *hyaḍ*.

⁵ In var. Spieg. et Westerg. est *nī*, quod referretur ad *vaocā*.

⁶ Inf. r. *vid*.

⁷ *Vaurayā* est causale praes. r. *var*.

4 Quando divina-Integritas ad-vocationem ¹ [appellandi] sunt ² Mašdasque et Excelsi [divinae potestates. Quando ferendae salutis sunt advocandi —], cum-Spiritu-ingenuo, cum Intima-rei-conscientia ³, cum-Optima desidero ⁴ Mente mihi Potestatem validam ⁵, cujus viribus occidissemus ⁶ diabolum ⁷ [Sapientiae et voluntati tuae mecum communicatae fac, o domine, ut adsit vegeta potestas illam exsequendi, semperque, te adiens, de hoc precor, non proprii emolumenti mei studio, sed ut ipsa origo et initium mali, hac tua mihi impertita potestate, extirpetur].

5 Hoc mihi ad-intelligendum ⁸ effare, quod ⁹ mihi cum-Sanctitate, o divinae potestates, posuistis ¹⁰ [destinavistis], comperiendo ¹¹ [ut compertum istud habeam], Bona cum-Mente mihique ¹² impertitum iri ¹³ [dari, imponi, ut imponatur] *nonnisi hoc*, cujus [ex quo,

¹ Acc. a *šěvya*. ² Impf. conj. r. *ah*. Ceterum rectius esset, si phrasis *šěvīm-aphēn* ad *šu* referretur, quum luculentissimum sit exemplum conjugationis periphrasticae, ut Spiegelius in novissimo opere suo notavit (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 394). ³ Vide annot. ad. XXVIII, 3 et apud Justium sub voce *ārmaiti*. ⁴ Praes. r. *iš*.

⁵ Apud Spieg., Just. et in var. Westerg. et Brockh.: *aošōnghvad*; apud Westerg. *aošōnghvad*. ⁶ Pot. r. *van*.

⁷ *Drušēm*. Apud Brockh. *drušim* et *drušim*.

⁸ Inf. r. *či*. ⁹ Westerg. *yyad*; Spieg. et Just. *hyad*.

¹⁰ Aor r. *dā*. ¹¹ Inf. r. *vid*. ¹² Gen. ab *ašēm*.

¹³ Quum formae radices *dā* tum notioni *dandi*, tum *ponendi*, *creandi*, *statuendi*, usurpentur, ambaeque notiones primariae, *ponere* nempe et *dare*, e prima (*ponere*, *𐬰𐬀𐬎𐬌*), ut puto, fluxerint, difficile

unde] me *adveniat* [mihi adsit, a me ne minime desistet] *animi incolumis* rectitudo [Des, ut, mandata tua recipiendo, etiam ad sanctissimum propositum illorum bene intelligendum rectissima mente par sim ¹, utque, dum ista exsequar, immutatus semperque in iis exsequendis vegetus permaneam]; haec quidem, o Maşda Ahura, quae nondum fuerint-ve ², sunt-ve ³ [omnia quidem haec, quum in futuro, tum in praesenti vitae meae statu].

Illi est ⁴ Optimum, qui mihi sapiens dixit ⁵ distincte mysterium Abundantiae-rerum, Incolumitatis Immortalitatisque ⁶: Maşdae tantum [tamdiu] Potestas, quod [quamdiu] huic Bona vigebit ⁷ *illa* [potestas] Mente [Maşdae est maxima benignitas, qui me edocuit mysterium, sanctissimae legis suae verbis enunciandis, homines participes facere ubertatis, quae omnem egestatem excludit, immortalitatisque: illiusque est maxima potestas, eaque sempiterna quippe, quae duratura est quamdiu vigebit benignissima suprema rerum ratio].

est strictum discrimen inter şendicas formas utriusque radicis statuere, praesertim quum persaepe, ut ex. gr. ipsum hoc *daidyâi*, quod est inf., ambas notiones exprimant (vide 1-mum et 2-dum *dâ* in Thes. Justii). Hic puto ambas significationes ipsum vatem in *daidyâi* junctas voluisse. ¹ Conf. XXVIII, 11. ² Impf. r. *ah*. ³ Conj. praes. r. *ah*. ⁴ Impf. r. *ah*. ⁵ Impf. r. *vac*. ⁶ Conf. XXIX, 7.

⁷ Impf. r. *vakš*.

7 Qui *omnia* haec [universum] formavit ¹ primus ² [ante seculorum initium], *quum* splendoribus inficiebantur ³ [splendidos colores induerent] caelestia-lumina ⁴, *hic* ille sapientia *sua* creator est Incolumitatis ⁵ [creavit summam aequabilitatem, justitiam] quo sustineret ⁶ Rectissimum Spiritum [Ille creavit omnem machinam universi, illiusque opus est summa rerum aequabilitas, qua viget et sustentatur omne quod est bonum in universo neque recta ratio, *ὁ τέλειος νοῦς*, usquam desinit dominari]. *Omnia* haec ⁷, o Maşda, spiritu *tuo* adolevisti ⁸ [incremento ditavisti, omnibus his donavisti incrementum], qui ad unumquodque-temporis-momentum-quidem [semper], o Ahura, *es* aequalis ⁹.

8 At [ideoque] te comperi ¹⁰ primum, o Maşda, maxime-venerabilem, in-creaturis ¹¹, animo [comperi

¹ Impf. m. r. *man*. Justius legit: *yaštâ* (impf. m. r. *yaś* = *ġaś* vide Sp. Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 346) *mantâ*, (a *mantar*) *pouruyô*, et interpretatur secundum Spiegelium: er kam als erster Bildner. Lectio Justii est omnium codicum et editionum.

² Apud Westerg. et Just.: *pouruyô*; Spieg. et in var. Westerg. *paoiryô*; inter Westerg. var. est *paourvô*, inter var. Spieg. et apud Brockh. *paourvyô*. ³ Impf. r. *raētiv*. ⁴ Conf. Hiob. XXXVIII, 7.

⁵ *Ašēm* est accus. ⁶ Impf. caus. r. *dar*.

⁷ *Tâ*, interpretante Justio: die geistige und irdische Schöpfung.

⁸ *Ukšyô*, impf. r. *vakš*. ⁹ Justius: der du, o Ahura, immer derselbe bist. In var. Westerg. est *haomô*. ¹⁰ Aor. m. r. *man*.

¹¹ Justius et Spieg. (Gr. d. Altb. Spr. p. 379): immer (*štôv*).

animo], Bonae patrem ¹ Mentis, inde-quum te con-
in-oculo [videns, visu] concepì vere Sanctitatis aucto-
rem *esse* universi moderatorem in-factis [Te, o sanc-
tissimum numen, unice venerandum supra omnia ve-
nerabilia, te summae Benignae Mentis, quae in rerum
universitate agit, unicam causam esse comperi, post-
quam palam et manifeste auctorem sanctitatis domi-
numque, in omnibus, quae peraguntur, mundi te meis
oculis deprehendi. Aliis verbis: videndo facta, non
potui non agnoscere hunc, qui fecit, quaeque ejus
ope perficiuntur, nisi sanctissimarum legum suarum
exsecutione fungi, esseque adeo summum numen, cujus
legibus haec omnia moventur hisque exsequendis sunt
creata, idque manifestissimum mihi fuit].

Tibi ² fuit Ârmaitis ³, te ⁴ apud Bovis-primaevae ⁹
[rerum naturae ⁵] creatrix fuit summa sapientia, spi-
ritus ⁶, o Maşda Ahura, quum ei [rerum naturae]
posuisti ⁷ [dedisti, postquam creaveris ⁸] iter [immu-
tabiles leges] ab-operoso-ve itur [sive hoc iter, has
leges, operosus perficit], quive non est ⁹ operosus ¹⁰
[Tua est terra, terrestriumque vitalis ratio, tuumque,

¹ In var. Spieg. est *patrēm*; apud Brockh. *patrem*.

² Loc. a *tīm*. ³ Vide annot. ad 1-mam et ad 3-mam strophas.

⁴ Loc. a *tīm*. ⁵ Vide annot. ad 1-mam str.

⁶ In var. Spieg. est *mainyeus*.

⁷ Impf. r. *dā*. ⁸ Vide annot. ad 5-tam str. ⁹ Impf. r. *ah*.

¹⁰ Justius: vom Thätigen geht aus auch wer selbst nicht thätig ist.

quum unius atque ejusdem rerum naturae ditioni duobus procedentes itineribus submisisti, per quaeque graditur pia opera exsequens, et per quae impius isque omnino proprii laboris expers alienoque inhians]

- 10 At haec [rerum natura] horum-duorum *itinerum* [ex duobus scil. procedentibus diversis itineribus] elegit ¹ agricolam ² *sibi* operosum dominum incolumem, Bonae *ut* dominium ³ Mentis: non, o Maṣda, operum-piorum-expers impostores ⁴ [asseclas suos] boni-consilii participes-facit ⁵ [Illa rerum natura non vim, justis et honestis nempe expertem operibus ducem. est amplexa, sed sanctissimos inter homines sibi a te datos cultores legitimosque sui possessores agnovit, idque recte, quilibet enim proprii laboris expers fraudi deditos, ut ipse, nisi fraudem porro edocere nullumque sanum dare eis consilium potest, malumque sic propagatum, causa ultimae rerum subver-

¹ Perf. partic. r. *var.* ² Vocabulum agricola (*vâštrya*) constanter fere accipiendum in *gâtis* latiori sensu.

³ Apud Westerg. et Just. *f'senġhî*; apud Spieg. et in var. Westerg. *f'senġhî*. Conf. usum Sanscritorum vocabulorum *kṣêtra* et *pâtra*.

⁴ Apud Westerg., Spieg. et Just. *davaṣcînâ*. Est apud Spieg. et Brockh. varians lectio *da'vaṣcînâ*. Justius vertit: nicht theilte der Unthätige dem Schlechten (etwas) von der Lehre aus.

⁵ Perf. partic. r. *bak's—baṣ*.

sionis esset. Unusquisque ergo maleficus contrarius summo rerum naturae ordini evadit.]

Quum nobis ¹, o Mašda, primum animantia crea- ¹¹
visti ², religionis-institutaque, tua caelesti mente, rerum-
intelligentiasque, quando ³ corpore-praeditam fecisti ⁴
animam [quando animam induere fecisti corpus,
quando corpori inclusisti animam], quando ⁵ opera
institutionesque [prodire fecisti] ⁶, ubi [in quibus]
electionem quilibet propensus sibi-facit ⁷,

tum [in consilio, scil. a duabus partibus instituto] ¹²
vocem protulit ⁸ falso-loquens-ve, desipiens-ve, sui
sincere-dedita mente ⁹: non-deficiens-divinis-rerum-
naturae-institutis caelestia interrogavit ¹⁰ *jam tum* ubi
sunt domicilia ¹¹ [Inde jam ab initio rerum libere
agendi arbitrium homines in diversa propulit, diver-

¹ In var. Westerg. est *nî*, pro *ne*. Acceptum *nî* referretur ad *tašó*.

² Impf. r. *taš*. ³ Apud Westerg. *yyađ*. ⁴ Impf. r. *dâ*.

⁵ Apud Westerg. *yyađ*.

⁶ Accusativi *skyaotanâcâ šenjanšcâ* referuntur, per zeugma, ad verbum *tašó*. ⁷ Praes. m. r. *dâ*. Sunt variantes lectiones apud Spieg. et Westerg. *dâyâtê*, *dayêitê*, et apud Brockh. *dâyêiti*, quae mire Rossicam formam *daemz* (dat) referunt.

⁸ Praes. r. *bar*. Apud Westerg. et Just. *vâcêm*; apud Spiegel, Brockh. et inter var. Westerg. *vâcîm*.

⁹ Apud Westerg., Spieg. et Just: *šarêšdâcâ manajhâcâ*. In var. Westerg., Spieg. et apud Brockh. est *šarêšdâtâ*, quod a me est expressum. Justus, secundum Spiegelium: *vâcêm baraiti . . . ahya šarêšdâcâ*, er wendet seine Stimme an sein Herz. ¹⁰ Praes. m. r. *parêš*. ¹¹ Conf. XXX, 9.

saque ratio et norma agendi est patefacta; sed jam tum suorum emolumentorum studio — quod facillimum fuit — unice occupatus non potuit, ut dictum est a vate in praecedente stropha, recte faciendi suis, ipse rectitudinis expers, vim atque fraudem amplexis asseclis sanum dare consilium pessimus spiritus; qui vero, omni a se nocendi instinctu expulso, tum aliorum, tum sui, tum rerum naturae jura, ârmaitis, est veneratus, hic jam tum, vitae suae ratione, non emolumenta terrestria, sed ubi caelestia sunt habitacula quaesivit, hisque duobus itineribus etiam nunc mortales ad sua fata pergunt ¹].

- 13 Quae consilia manifesta, quae-ve, o Maṣda, fovet quis ² clandestina [ad verbum: interrogationes interrogat, i. e. interrogat se ipsum et alios, init, in universum, consilium, idque, postquam elegerit, fovet ³], quive *in illis* vel-parvi flagitii sub-maximam [stric-tissime justam] -subit ⁴ luendam - poenam ⁵, haec *divinis oculis* ⁶ *tuis* lucida [clara], summe-tutor,

¹ Conf. XXX, 5 et 6. ² *Pěřēsaitē*, praes. m. r. *parēs*.

³ Conf. XXX, 6. ⁴ Praes. m. r. *yam*. Repetitio praepositionis auget vim verbi; sic, *â maṣistaṃm ayamaitē būġēm* est: certissime subit dignam maximam retributionem, et inferius: *aibî asâ aibî vaênahi*, clarissime vides et perspicias. Similis usus verbalium praepositionum in *gâtis* exempla sunt multa. Conf. XXXIII, 1. ⁵ In var. Westerg. et Brockh. est *būġim*; in var. Spieg. *būġim* et *būġim*.

⁶ Acc. plur. a *éaśman*.

ad-, *tua* sanctitate, -aspicis omnia [Non fugiunt tamen oculos tuos, o providum numen, quum bona, tum mala hominum facta, neque vel minimum, poenam merens, flagitium. Tu omnia haec perspicias: una ergo sors bonorum cum maleficis potest-ne ullo modo admitti?]

Haec te interrogo, o Ahura, quod quidem venit ¹ ¹⁴ itque ² [quod ad praesentem, tum quod ad futurum, i. e. post mortem, hominum statum refertur], quae debita solvent ³ [proprie: dabunt, — interrogo, quae caelestes potestates debita solvent] oblati ex [ex oblati, i. e. pro vitae agenda ratione, quam innocentes homines eis offerunt] homini-innocuo ⁴, quaeque, o Maşda, maleficis ⁵, quum ambo-hi fuerint in consummatione ⁶ quod [in eo, quod est consummatio, i. e. quum agendi bonis et malis, sua vita definitum, tempus jam fuerit consummatum. Quum noxae a maleficis illatae, pergit de salute proborum sollicitus vates, te omniscientem latere non possunt, fieri-ne potest, ut boni neque in hac, neque in altera vita, nullam, pro incolumi vitae suae agenda ratione, accipiant mercedem, postquam bona opera, in hisque

¹ Praes. r. i. ² Fut. r. *jam*.

³ Praes. m. r. *dā*. ⁴ Genit, sensu dat., ab *aśavan*.

⁵ In var. Brockh. *drēgvōdibyó*. ⁶ Spieg. et Justi: *hankērētā*; Westerg. . *hēnkērētā*; Brockh.: *henkērētā*.

ipsos se incolumes, tibi continenter offerunt? fieri-ne potest, ut mali poenas non persolvant? Sensus internus: Deus perspicit omnia estque omnipotens; neque ergo bonus praemio suo privari, neque malus effugere debitam illi poenam potest, haecque tum ad hanc, tum ad alteram referuntur vitam, ratoque tempore homines manent].

15 Interrogo tantum, quod vindicium *huic* [manet hunc], qui malefico imperium parat¹ perpetrandoque flagitiis-assueto², o Ahura, *qui partium hujus est*, qui non vitam vel-minime increscentem curat³ agricolae, *qui parat imperium noxae*⁴ [noxam inferenti] animantibus hominibusque⁵ non-nocentibus⁶;

¹ Praes. r. *hu* ² Apud Westerg. et Just.: *dusskyaotānāi*; apud Spieg. *dusskyaotānāis*. ³ Praes. r. *vid.* ⁴ *Aēnanho*, gen. sensu dat.

⁵ In codicibus mstis: *vîrâ ađcâ adr.*, quod sensum efficeret noxae (nocenti) agricolae et pecori, viros autem (i. e. fortiorem, quam ipse) non afflictanti.

⁶ Innuit his verbis vates in sui aevi personam sibi adversariam, illamque alteri, Maşdaicam religionem professae, suosque protegenti, in sequenti stropha opponit. — *Vîrâad* est abl. cum significatione genitivi, ut ex. gr. XXXIII, 6; qui in Şendico, pariter ac in Sauscrito sermone, saepissime nostri dativi sensum habet; quod ad abl., casus hic non solum genitivi in Şendico sermone munus obire solet, sed etiam cum altero genitivo, ut hic (*paşeus*), veluti ipse genitivus esset, construi, quae etiam in attributiva constructione (ut in hoc *vîrâad adruşyantô*) minime hanc licentiam vetare videntur. Conf. ex. gr. XXXII. 3 et 4.

Interrogo tantum, si, *alteru ex parte*, hic, qui bene-¹⁶
 sapiens est, domus auctoritatem, regionis-ve, pagi-ve,
 cum-Integritate-sanctissima, incremento ¹ [ut incre-
 scat] contendet ², tui-ne similis, o Maṣda, *ille est*,
 quando hic *talis* est ³ quo [ut] operosusque si sunt
 hinc, quibus operosus nominari possit, i. e. [si non
 solum consilio, sed et re, humanitatis bono incumbit.
 Quumque bonos praemia, malos vero poena maneat,
 etiam in his belli civilis partibus, qui pro malefici
 imperio firmando arma sumpserant, pro minime agri-
 colae operosi vitam curante, injuriisque pecora ho-
 minesque afficiente, nequaquam impunes manebunt;
 alteraque ex parte, heros, qui aggressores repellens,
 tum familiarum vinculis sanctissimis auctoritatie et
 libertati, tum regionum pagorumque, firmandis et
 tuendis tota mente est deditus reque et opere generi
 humano maximum est praesidium, nonne talem virum
 ut tui ipsius simillimum, o sanctissimum numen,
 intueris?]?

[Post generalem de honorum et malorum retribu-
 tione sententiam, vates in duabus praecedentibus car-
 minis strophis (15 et 16) ad contemporanea sibi
 transiit, effata a se, quasi exemplo eorum, quae tunc

¹ Apud Westerg. et Jušt. *asáfradaíai*; apud Spieg. et Brockh.
asá fradaíai. ² Impf. m. r. *šparēs*. ³ Impf. r. *ah*.

gerebantur, probando. In sequentibus ad propositum redit].

- 17 Utrum [welches von beiden, J.], probus-ve, improbus-ve eligit ¹ majus [utrum agendi institutum est melius, id-ne quod sequendum sibi probus, sive quod improbus eligit], sapiens sapienti disserito, ne desipiens fallat ² *incautos* [Postquam firmiter proborum et improborum diversissimas sortes esse tenemus, sapientis est enunciare haec coram sapientiae studiosis, ne, aliter, falsas opiniones amplexi innocuos in contraria detrudant ³]: indica ⁴ nobis ⁵, o Mašda Ahura, Bonae indicia [signa, Kennzeichen] Mentis [fac, ne caelestis Bonae indicia Mentis, in hac improborum vicinitate, nos destituant]!
- 18 Ne quis at vestrum, improbi, doctrinas [doctrinas vestrum] auscultet ⁶ institutionesque; ad- quippe domum, domuum-communionem-ve, regionem-ve, *id* -di-

¹ Praes. m. r. *var.*

² Justius: nicht möge ein Unwissender (fürderhin) Trug ausüben. Apud Spieg. legitur: *aipî debâvayađ*; apud Just.: *aipidebâvâyađ*; apud Westerg. *aipidëbâvayađ*; in var. Spieg. est *aipidëbavayađ*.

³ Notetur *vîdvâo* et *ëvîdvâo* hic non solum sapientes et desipientes, sed etiam, sensu biblico, pios et impios denotare.

⁴ Imper. r. *šâ*. In editionibus impressis receptum est *šâi*. In var. Westerg., Spieg. et Brockh. legitur *šâi*.

⁵ Recepta est lectio *ne*. In var. West. et Spieg. invenitur *nî*.

⁶ Aor. r. *guš*.

cabit ¹ miseris ² mortique ³: ideoque haec [impiorum scilicet doctrinas institutionesque] expellite ⁴ flagello ⁵ [Firmiter persuasi falsas doctrinas perniciosas esse, ne tantillum aditum his ad corda vestra date, immo omni contentione eas a se, ut mortiferas, expellite].

Auscultetur ⁶ qui creavit Integritatem, mundum ¹⁹ *que* dupliciter ⁷ [i. e. hunc et alterum mundum], sapiens, Ahura ⁸, rectitudine verborum tenens linguae potestatem ⁹: tuo ¹⁰ igne rutilo, o Mašda, decisio *jam* edita est ambarum pugnarum ¹¹ [amborum pugnantium, i. e. partium, quae inter se pugnant. Dum quid rectum, quid pravum, perspicias ¹², non incassum partes nobis contrariae labantur victoriae-

¹ Aor r. *dâ*. ² Loc. a *dušiti*. ³ Apud Westerg., Spiegel. et Brockh: *marēkaččâ*; apud Just.: *mahrkaččâ*. ⁴ Aor. imper. r. *šâ*.

⁵ Instr. a *snaitis*, Waffe zum Schlagen, J. Ultimas strophae voces Spiegelius Germanice reddit: Vertreibt sie also mit Schlagen.

⁶ Aor m. r. *guš*. ⁷ Apud Just.: *ahâm bis*; apud Spieg. et Brockh.: *ahâm bis*, quam lectionem Westergaardius correxit in *ahâmbis*.

⁸ Auscultetur sapiens, scil. Ahuras; sed amat vates noster elocutionem objectivam adhibere, si agitur de summo numine (huc, quamvis ex alia grammatica ratione pertinet et vox *kšmâratô* XXXIII, 8, XXXIV, 2). Similis objectivae elocutionis exempla, casuum, ut hic, inversionem afferentia, inveniuntur plura in Mišra (conf., ex. gr., 109 et 111).

⁹ *Hišvô vašô* legitur junctum apud Westerg. et Just., qui vertit locum: er besitzt Gewalt der Zunge, d. h. er spricht und es geschieht.

¹⁰ Instr. a *šva*, secundum Justium. ¹¹ Spieg.: Durch dich, das rothe Feuer, giebt Mazda die Entscheidung des Kampfes.

¹² Conf. XXIX, 6.

que proximae dulcedines jam nobis datum est, si bene sapimus, praegustare] ¹.

²⁰ Qui aggreditur ² innocentem fallendum [cum fallendi proposito] ei postea habitatio longum tempus tenebrarum [habitatio tenebrarum. Homo fallens probos alisque nocens habitabit longum tempus in tenebris], *ei* immunda-esca ³, contemptio [Ungebührlichkeit, J.] verba [acc. graecus, — eum in posterum manent pessimus cibus, pessimaque, die höhnische, ex ore laesae caelestis veritatis vindictarum ministri allocutio] ⁴. In-hunc vos mundum, o malefici, operibus suis [i. e. vestris] Religio deducet ⁵.

²¹ Maşdas dedit ⁶ Ahuras summas-rerum-Abundantias Immortalitatesque [Ahuras dedit, altera ex parte, unicuique proborum, quales quemque possidere par est, rerum summam abundantiam felicisque vitae fructum perennem et locum secundum proborum naturam

¹ Innunt haec, sine dubio, idem bellum, cujus mentio est facta in 3-a strophæ. ² Impf. r. *i*.

³ Apud Westerg. et Just.: *duşqarētem*; apud Spieg. *duşqarētem*.

⁴ Conf. yt XXII, 34—36.

⁵ Aor. r. *nī*. Justius: das Gesetz führt euch. Conf. quae a *daēna* v. XIX, 30 peraguntur quaeque ibi annotavi. His adde partes, quas *daēna* y. I, 13 agit, quaeque ibi (I), ut h'c, et a Clarissimo Justio in Thesauro suo, ut *lex* (Gesetz), quod idem est proprie ac *religio*, agnoscitur. Conf. XXXII, 6. ⁶ Impf. r. *dā*.

et merita] plenitudinem usque ad [usque ad plenitudinem] sanctissimae Integritatisque [dedit abundantiam rerum, immortalitatem harumque usum, idque tantum, quantum sanctissima aeterna integritas et justitia comportare possunt, scilicet quantas homo justus ipse sibi voluisset] propriae-suae [a nemine dependentis] ditionis caput [moderator, cujus voluntatem et imperium nemo infringere potest, cujus sunt omnia, qui est omnipotens]. Bonae perennem vigorem Mentis *dedit* ei, qui illi [Ahurae] spiritu factisque amicus [qui spiritu factisque sese in summi numinis praeceptis exsequendis delectat].

Manifesta *sunt* haec bene-sapienti ¹, utpote prudenti ² animo ³ [Viae, quae ad aeternam salutem et ad infernos ducunt, minime sunt difficiles perspectu recte sapienti, utpote qui prudens est neque hallucinationibus impiorum mentem suam et intellectum conturbari patitur]: Benigna ille Potestate Incolumitatem voce factoque pretegit. Ille tibi, o Maşda, fortissimus est corporeus [In hoc corporeo mundo, qui plane et distincte boni et mali naturam intelligit, quique omnes animi sui affectus, voce, re, auctoritate, sanctitati colendae impendit, talis vir, o Ahura, est coram te quasi pulcherrimum exemplum divinius

¹ Conf. XXX, 3. ² Partic. praes. m. r. *vid.*

³ In var. Westerg. et Spieg. invenitur *manu.jho.*

naturae, quae etiamsi fragilissimo corpori inclusa, ne minimum in se divinitatis tuae detrimentum patitur].¹

¹ Referuntur haec, sine dubio, ad eundem maṣḍayaśnicae religionis propugnatorem, quem eodem, inter cetera, epitheto (*huđānus*) vates in 16-a stropha carminis nostri exornavit.

V.

CONTRA INIMICOS MAŞDAICI CULTUS
PRODITORESQUE SACRAE DOCTRINAE.



V.

CONTRA INIMICOS MAŠDAICI CULTUS PRO-
DITORESQUE SACRAE DOCTRINAE.

YAŚNA, XXXII, 1-16.

Illum ¹ devotio precata est ²; illum pia-actio una- ¹
cum exsequendi-promptitudine [cum animo ad exse-
quenda divina mandata semper parato et promptis-
simo]: illum, *o malefici daēvi*, in-meo corde ³ Ahuram
suscitans ⁴ [proprie: suscitator in nostri commodum,
der Erfreuer, interpretante Justio] Mašdam ⁵ [Sub
persona nostra, *o perversi daēvi*, precati sunt Ahu-
ram Mašdam: sui absolutissima abnegatio, indefessus
labor in propaganda veritatis luce, animus ad ex-
sequenda divina mandata paratissimus isteque resi-
dens in corde nostro genius, qui nunquam nos des-
pondere patitur]: tui legati simus ⁶ — hos cohibeas ⁷,
qui vos, *o potestates caelestes*, oderunt.

Iis [qui sic precati sunt] Mašdas Ahuras, domi- ²

¹ Dat. ab *aēm*. ² Impf. r. *yāś*. Justius: er verlange. ³ West.
et Just.: *malni*. Spieg. et var. Westerg.: *mahi*. ⁴ Nom. ab *urwā-
šēman* = *wrāśman*. ⁵ In var. Westerg. et Spieg.: *mašdāi*.

⁶ Perf. conj. r. *ah*. Sententia pendet a praecedente: precati su-
mus. ⁷ Impf. r. *dav*.

nans Optima Mente, Potestate ex [ex potestate, secundum suam potestatem, omnipotens] respondit ¹, Integritati bene-consociatus lucidæ ²: Sanctam vobis Ârmaitim [rectam divinorum in terris intelligendi facultatem ³] donamus ⁴ [instruximus vos sancta Ârmaiti]. Haec nobis ⁵ est [haec a nobis descendit].

3 At vos, o daëvi omnes, malefici spiritus estis progenies [Cultus daëvorum ipsa natura sua sanae rationi repugnat] quique vos vir colit ⁶, illusionis que daemonii ⁷ [estis progenies] opinionis-falsaeque [Quum daëvi, tum eorum cultores, falsis hominum opinacionibus sunt creati, ideoque ad absurda et crudelia suos asseclas deducunt]: in-progressu ⁸ *sunt* [bene, prospere procedunt] adeo fallaciae, quibus auditis ⁹ terrae in-septem-partibus ¹⁰ [ubique terrarum].

¹ Westerg. et Justi: *paitimraoḍ*; Spieg.: *paiti mraoḍ*.

² *Aśâ ḡenvâtâ* sunt instrum.

³ Vide annot. ad 1-mam et 3-am strophas XXVIII.

⁴ *Varëmaidê*, praes. m. r. *var*. Conf. usum Sanscritae rad. *var*. et significationem Sanscr. substantivi *vara*. Ceterum, res ad idem redibit, si cum Justio verteris: wir lehren euch kennen die Ârmaiti.

⁵ In var. Westerg.: *nî*. Si lectio accipienda, vertendum: haec extitit, i. e. creata a me nunc existit minimeque e naturae rerum dominio evanuit. ⁶ Westerg., var. Spieg., Justius et Brockh.: *mas yasaitê*; Spieg. et var. West. *masyasaitê*; in var. Westerg. *vâ* (pro *vâo*) *maś yasaitê*. Phrasin interpretatur Justius: er opfert sehr, besonders.

⁷ Brockh.: *druḡaścâ*. ⁸ *Skyaomaḡm* est acc. a *skyaoma* (*skyu=śu*): *in progressu sunt*, sive aliter: *agunt, vigent*, quod eundem sensum praebet. *Aipî* forsân hic idem est ac *paiti*, XXXII, 2, et *paitî*, XXIX, 15.

⁹ Praes. m. r. *śru*. In var. Spieg. *âsrâdîm*. ¹⁰ Loc. s. a *haptatâ*.

Quae ergo ¹ [quia] a bonaque-mente ² abalienati ³ ⁴
 quae [quia] homines pessima scientes [*κακίστα, κακὰ*
εἰδῶτες] disputabunt ⁴, *hi* daëvis-addicti [quum daëvis
 sint addicti], a Bona repulsi ⁵ *sunt* Mente Maşdae-
 que Ahurae consilio privati ⁶ Integritateque.

Haec-duo fraudavit ⁷ hominem: prosperitate-in-hac ⁵
 vita ⁸ immortalitateque ⁹, quum ¹⁰ vos, mala mente
sua, quos daëvos [vos, qui daëvi estis] malusque
 spiritus maligna ad-opus voce *compulit*, qua decer-
 nens ¹¹ *est* [qua decrevit] improbo ¹² potestatem ¹³
 [Consequentia abalienationis hominum a divina sapien-

¹ *Yâd*=*yâ ad*,

² *Frahmî*, acc. s. a *frahmi*. Westerg.: *fra-mê*; Spieg., var. Westerg. et Just.: *frahmî*; Brockh. *frahmîmatâ*. ³ Plur. nom. a *matâ*.

⁴ Var. Spiegel. *vakšantê* et *vakšyantê*. Si lectio *vakšentê*, a clarissimis editoribus recepta, est praeferenda, innuitur hoc verbo forsitan vita et temporalis felicitas, qua improbi gaudent. Scutus sum var. lectionem Brockhausii et Spiegelii *vakšyantê* (a *vac*), quae lectio non solum causalem significationem, sed etiam objecti sensum relativo *yâ* impertit. Si haec probatur, agitur hic de disputationibus, religioni maşdaicae contrariis.

⁵ Partic. praes. m. a *šîdâ*. ⁶ Partic. praes. r. *naš*.

⁷ Impf. m. r. *dab*. Westerg. et Justius: *dëbnaotâ*; Spieg. *dëlë-naotâ*; in var. Westerg. est *daibinaotâ*. ⁸ Gen. a *hujyâiti*.

⁹ Gen. ab *amëřëtâd*. ¹⁰ Westerg. *yyad*; cet. *hyad*.

¹¹ *Fraçinâs* est partic. praes. r. *çid*. ¹² *Drëgvantëm* est accus.

¹³ Conf. XXXI, 15. *Kšayô* a 2 *kšî* (apud Justium) deduco suspicorque his et subsequentibus indicari certamina, vati nostro coeava, maşdayašnicorum Airyorum cum aliis Şaraşustricae religioni repugnantibus. — Rat'o in hac strophâ et alias in Şaraşustr *gâtis* relativi utendi in mentem vocat usum relativorum *ôš*, *otôš* cet. apud classicos Graecos auctores, praesertim autem apud Platonem,

tia et sanctitate est haec, quod tales homines pri-
vantur prosperitate in hac, et immortalitate in futura
vita; quis enim locus est prosperitati, ubi non iusti-
tia et aequabilitas, sed caeca fors dat maleficis re-
gendi potestatem? ad quam immortalitatem talis ho-
minum societas aspirare potest? O perversi daëvi,
exclamat vates, omnibus bonis malus spiritus frau-
davit infelices homines, quum compulit vos ad agen-
dum, i. e. quum homines caecos animi impetus, quibus
praesidetis, sibi pro agendi norma sumpserunt, nilque
mirum potestatem deferri apud illos maleficis. Innuun-
tur his vati contemporanea].

- 6 Flagitiis-obrutus ¹ assequetur ² *retributionem his
nempe legibus* [sc. daëna], quae ³ illi *nunc* nuncian-
tur ⁴ [quae ex Ahurae Maşdae ore, per Şaraşustram,
illi, aequae ut aliis hominibus, nunc proferuntur],
quando ⁵ haec-ipsa [sc. tua praesentia manda-

qui tam libenter tali enunciatorum contractioni indulget. Quod ad
causal. usum, vide annot. ad str. 12.

¹ Spieg. et Brockh. *pôuruaênâo*; Westerg. et Justi: *paouruaênâo*.

² Impf. m. ab *enakš—nas* (nancisci). In var. Westerg. et Brockh.
est *aênakštâ*. ³ *Yâis* instrum. neutr.

⁴ *Şrâvayêitê* est 3-a pers. praes. caus. m. r. *şru*, sensu passivo.
Subjectum hujus praedicati est subintelligendum *hwô* (scil. *pôuru-
aênâo*). Apud Spieg. *şrâvayêitê*; in var. Spieg. est *şrâvayêiti*; apud
Brockh. *şrâvayêiti*.

⁵ *Yêşi* potest etiam verti conjunctione *si*, cum significatione con-
ditionali *εἰπωυκός*, quum certa actio ut conditionalis hic sisteretur.
Conf., quod ad sensum, XXXI, 20 et annot.

ta] ¹ *nunciabuntur ei* tunc facta recognitioni ² [factorum recognitionis tempore, i. e. post mortem]. O Ahura, Optima scis *haec* Mente! [Sensus: malefici tamen facinorum suorum fructum percipient, quando post mortem res ab iis gestae cum mandatorum tuorum, quae nunc illis nunciantur, praeceptis conferentur. Horum illi minime curant neque cognitioni suae admittunt; at tu, o justissimum numen, memor es minimeque verborum tuorum oblivisceris]; *quod ad me*, in tua re-, o Maşda, Potestate, Integritateque *omnem* disciplinam ³ *meam* -repono ⁴ [proprie: me penitus reponam in tua doctrina, quum ego omniaque mea in tua integerrima sunt potestate].

Istorum scelestorum minime-quidem sciens *est quis* ⁷ in-clade ⁵ [quod ad cladem, minime cladem sibi imminuentem percipit]—manifesta ⁶ *est* [quae tamen est

¹ In archetypo hic subintelligendum *hwô śrāvayētê* omissum est per zeugma; *tâis* est instr. neutr.

² *Marânê*, inf. r. *mar*. Apud Brockh. est lectio *mrânê*. Conf. XXXI, 20. Justius: der Sündhafte erlangt als Strafe das was verkündet wird, wenn du, o Ahura, beim Abrechnen der Thaten sein wirst (*yâis* für *yâ* von *tâis* attrahir). Conf. XXIX, 6.

³ Loc. a *şenju*. In var. Westerg. et Spieg.: *şenhô*.

⁴ *Vidaņm* est aor. r. *dâ*. In deinem Reiche, o Mazda, und bei Asha will ich mir die Lehre angegeben sein lassen, Justi.

⁵ Loc. ab *âja*. Apud Spieg. et in var. Westerg. est *â jôî*.

⁶ *Hâdrôyâ*, nom. a *hâdrôyan*. Apud Spieg. et in var. Westerg.: *há drôyâ*.

manifesta] — quae exitiabilia docet ¹ *hos*, a-quibus *ille* auditur ², sincerrimo aere [nescit, quam exitiabilia sunt sincerrimo aere ista, quae docet, i. e. minime percipit doctrina sua tradi hominibus ense[m] ex optimo ferro ³, quo innixi succumbunt, minime percipit, quam sunt mortifera quae docet], quorum [scelestorum] tu, o Ahura, exitium ⁴, o Mašda, optime-sciens es ⁵ [Debitae retributionis dum persistunt esse immemores, tu tamen, o justissimum numen, maxime es memor; doctores videlicet falsarum opinionum imprimis punientur].

- 8 *At* istorum scelestorum [ab istis scelestis], i. e. a majoribus hujus generationis] Vīvaṇhatis-filius *olim* auditus fuit Yimas-quidem, qui homines erudiendo-studiosus fuit nostros [qui erudiebat homines nostros, Airyos videlicet] bovis frustra comedens ⁶: illos-quidem ad [inter illos, inter pronepotes, haud dissimiles avorum] sum [vitam meam impendo] in-tuo, o Mašda,

¹ Praes m. r. *šenj*. In var. Westerg. *šenhaitē*.

² Aor. pass. r. *šru*. ³ Conf. y. L, 9.

⁴ In var. Spieg., Westerg. et Brockh. est *iriktēm*, quod in textum recepi; apud Westerg., Spieg. et Just.: *ērēktēm*—ihre Vergehen (weisst du). ⁵ Conf. XXIX, 6.

⁶ Apud Spieg., Just. et in var. Westerg. *q̄arēmnō*; apud Westerg. *q̄ārēmnō*. Hic est locus, qui Windischmanno ansam praebuit Yimam cum Noachio (Gen. IX, 3) conferre (Zoroastr. Stud. p. 27). Alteram cum eodem patriarcha analogiam, quod ad Diluvium, annotavi ad v. II, 20 cet. (vide Dec. Šend. Excerpta, p. 148).

discrimine ¹ [Etiam Yimae siculo, qui homines agros colendi artem primus edocuit ² carnisque boum edendae, ut artis hujus, inter cetera, fructum, primus in se exemplum edidit, etiam hic habuit coevos religionis legibus, quam profitebatur, adversantes, qui etiam poenas solverunt ³. Magna pars hominum videlicet se divina gratia indignos inde jam ab initio rerum praestiterunt; at mihi, o Mašda, nil commuue cum his scelestis est vel ipso te iudice, minimeque me e talium esse numero hominum tibi, o sanctissimum numen, si alii cui, optime est notum ideoque non est cur animum despondeam, etiam si valeant tantisper falsae et perversae hominum opiniones] ⁴.

Malas-disciplinas-professus doctrinis ⁵, occidit ⁶ hic ⁹ mundi [hominum] *talibus* institutionibus ⁷ intellectum: ab-ne *adeo* facultates ⁸ [peculium, bona] mihi-avertant ⁹ desideratas ¹⁰ vere ¹¹ a-Bona Mente [Nil mihi est commune, tu scis, numen sanctissimum, cum falsarum opinionum doctoribus; at doctrinae hae sunt ejus-

¹ Apud Spieg. *vicitrói*. Justius: in deiner Entscheidung bin ich, d. h. es steht bei dir, ob du mich zu den Guten oder Bösen rechnen willst. In mea versione vocem *aipî* accepi pro adverbio.

² Vide v. II, 7—19. ³ V. II, 20—24. ⁴ Conf. XXVIII, 5.

⁵ Acc. plur. a *šravañh*. ⁶ Impf. a *mōrēnd—mar*. ⁷ *Šeñhana* Clariss. Spiegelius vertit nunc voce: Befehl (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 351). ⁸ Brockh. *istim*. ⁹ Impf. ab *apay*. ¹⁰ In var. Westerg. *barēkd'añm*, quod in textu expressi pro recepto *bērēkd'añm*.

¹¹ In var. Westerg. est *haitim*.

modi, ut intellectum professis suis conturbent, conturbato vero intellectu, nil sacrum sibi homines, occaecati mente, habeant neque a diripiendis adeo facultatibus meis, quas non emolumentorum cura, sed integerrimi animi arbitrio retinere velle fas mihi est, abstineant: adime hanc sanctissimae doctrinae tuae inimicis potestatem], hac precatione animi ¹ mei, o Mašda, *tibi* divinae-Integritatique vobis ² supplico ³.

- 10 Ille *nempe* ne nostras ⁴ institutiones occidat, qui pessimum spectatu ⁵ effatus est ⁶ rerum naturae oculis ⁷ solemque [qui effatus est pessima horrendaque visu, si exsequerentur, rerum natura soleque spectantibus, i. e. quibus factis, globi terreni natura sublimisque sol perhorruissent ⁸], quique creaturas [sc. homines] *jam* malefico ⁹ dedit [quique homines malefici tyranni ditionis fecit] ¹⁰, quique agros depo-

¹ Brockh. *mainyus*. Conf. yt XIX, 89, et v. XIX, 8.

² *Yúsmaibyá* est dualis. ³ In var. Westerg. *gerěšé* et *gěřěždé*; in var. Spieg. *gerěšé*. Conf. Gr. γηρωω. ⁴ Westerg.: *mánuá*, conjicitque vocem corruptam esse ex *má náo*. ⁵ Inf. r. *vaén*. ⁶ Aor. r. *vacé*. In *aogédá* est oppositio, quoad sensum, voci *śraváo*. Forma est *gálarum* peculiaris = *aokta* (Vide Spieg. Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 349). ⁷ Instrum. dual. ab *áši*

⁸ Accusativi *gám* et *hvarě* explicantur constructione: qui effatus est pessima ejusmodi, ut *gáo* et *hvarě* oculis suis horrenda haec videant et perhorrescant, i. e. perhorrescerent, si effecta viderent.

⁹ Gen. a *drěgeand* sensu dat. ¹⁰ Innuitur partium dux, cujus ope aliqui Airyi dominationi iniquissimi hominis sint subjecti.

pulatus est ¹, quique telum cohibuit ² integro ³ [quique terrae colendae instrumenta, quo unico telo ad repellenda mala utebantur, a manibus hominum innocentium disjunctis, i. e. facultate agros colendi eos privavit].

Hi-nempe ne occidant ⁴ *verba nostra* [ne verba ¹¹ nostra, quae tua sunt, irrita faciant], vitam qui malefici magnis [magni] aestimant ⁵ *ita, ut quisque, maleficis parcendo*, avertat ⁶ patrisfamiliasque ⁷ matrisfamiliasque incolumitatis possessionem ⁸ [justam et incolumen possessionem. Qui parcunt maleficis, irrita faciunt tales homines sanctissimae doctrinae tuae verba, raptoresque alienorum protegendo, ipsi raptores evadunt, protegens enim scelestum utique proborum hominum felicitatem comminuit familiarumque adeo vincula solvit], qui [parentes nempe flagitiis] Optimam Incolumem, o Maşda, laedunt ⁹ Men-

¹ Impf. a *viváp*. ² Impf. a *vôšdâ*. Secundum Spiegelium radix vocis est *vôšd* verächtlich machen (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 350).

³ Justius: wer die Waffe (gegen den Bösen, d. i. hier die Bebauung des Feldes) zurückhält, hindert den Reinen. Conf. vocem *šufra* in v. II, 7—19. Apud Spieg. legitur *ásaonô*; quod ad *vadare*, novissime Clariss. vir vertit vocem Germanice: Mittel (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 351). ⁴ Westerg. *môrëndan*; in var.: *môrëndën*. *Môrëndanm* est lectio Spiegelii et Justii.

⁵ Perf. r. *cid*. Var. Westerg.: *ékôitërës*. ⁶ Praes. ab *apay* impers. Var. Westerg.: *apayêitê*. ⁷ Var. Westerg.: *aphûscâ*.

⁸ Justius: den Besitz der Fröhlichkeit, d. h. den fröhlichen Besitz (*crâknanh*, Aufrichtigkeit, Fröhlichkeit). ⁹ Impf. conj. intens. r. *raś*.

tem [qui, hac sua erga malos indulgentia, vim probitati et innocentiae inferunt, excitandoque humanae sanctitati inimicos, ipsi divinae, quae eadem est sanctitas, vim atque injurias inferunt ¹].

- 12 Qua arceant ² [sunt adeo improbi, ut arceant] loquela ab-optimo opere [ab optima vitae ratione, quae maṣdayaśnicae religionis legibus praescribitur] mortales, iis Maṣdas severa dixit [pro verbis, quibus, cedendo fortioribus magnique vitae emolumenta faciendo, homines a verae religionis cultu abstrahunt his generis humani contemptoribus severa dixit, i. e. severas decrevit punitiones], qui *nempe* Bovis-pri-maevae occidunt ³ [ita perversi sunt, ut occidant], blando sermone [captiosis, falsis illecebris repletis verbis] vitam [qui hominibus falsis sermonibus nocendo, ipsam rerum naturam, quae generis humani perennis a deo constitua est nutrix, laedunt atque occidunt], quibus [eo, quod] emolumenta prae-Integritate elegit *talis homo* surdus ad *sanctae doctrinae verba* Potestatemque — volentibus [gen. sensu dat.] diabolum [quodque elegit potestatem volentibus diabolum, i. e. quodque annexus est potestati firmandae horum, qui malefico daemone, i. e. malis artibus

¹ Conf. XXXI, 15.

² Vox *rāoṇhayēn* videtur hic suggesta verbi ejusdem rad. forma (*rārē'yaṇm*) in stropha praecedente. ³ Var. Westerg.: *morēndān*.

exercendis, sunt dediti, sive aliis verbis: quod propria emolumenta elegit prae sanctitate, quod annexus est firmandae potestati hominum, qui sunt improbi falsoque cultui daëvorum addicti ¹].

[Insequentibus nunciatur ore Šaraŕuŕtrac dei decretum contra corruptores: hi convincuntur, repudiantur, carmenque concluditur precatione de impertienda sapientia probis ad tempore suo percipiendum quae ultimo sint damno maleficis, malumque sic, omnibus viribus suis privatum, penitus evanesceret.]

Quas potestates emolumentum ² [ut emolumentum, ¹³ sui unice emolumenti studio] desideravit ³, Pessimi in-dominio *illi locus* spiritus [Suae unice utilitatis studiosi quas aspiraverant potestates, hae in suum damnum vertentur, quodque aspiraverant illicita, in

¹ Formae pron. rel. *yá, yôî, yâis* in hac strophâ sunt causales praedicatumque enunciati principalis, quod variis causalibus enunciatis, quas nuncupatae formae inducunt, efficitur, cum suo proximo objecto est *akâ mraod*. Caus. virtus pron. relativi eadem manifesta est et in sequente strophâ et alias saepe, immo totae etiam strophae ut fundamenta et causae enunciati principalis, relativi pronominis ope, in *gâtis* nostris interdum inducuntur (Vide ex. gr. XXVIII, 1—4 et XXXVIII, 4—5).

² *Grëhmô* hic pro accus. neutr. thematis *grëhmañh* accipio, quamquam et subjecti vox ista partes tueri posset. Justius vertit: welche Herrschaften die Bestechung (d. h. concret der Bestechliche) verlangt. ³ Impf. r. *śas*. *Yá* hic est relativum causale.

dominium pessimi spiritus erunt detrusi], mundi perditores hujus, quique ¹, o Mašda, lugere fecit ² involuptate [volens, laeto animo] tui prophetae ³ nuncium ⁴, qui [nuncius] hos [iniquas partes amplexos] retinere-studuit ⁵ ab-aspectu Puritatis [ne puritatem aspiciant, i. e. ne invadant homines incolumes, qui studebant celando coram praevalentibus tunc, ut apparet, Šaraŭstrae inimicis, loco, ubi hic cum asseclis suis refugit].

- 14 Illius sui-emolumentorum-cupiditatem ⁶ [ipsam hanc suam emolumentorum cupiditatem] ad ei [propter eum, ei, sacrae religionis proditori] in-te ⁷, [per te, tua pote-

¹ *Yaê*, plur pro sing. ² Impf. r. *garəš*, — sing. coll. Westerg. *gî gərəšad*; in var. Westerg. et Spieg. *šî gərəšad*.

³ Secundum Spieg. *maŭtŕanô* est hic nominativus plur. (Gr. d. Altbaktr. Spr. p. 364).

⁴ Apud Westerg. et Spieg. in var.: *dâtîm*. ⁵ Impf. r. *pâ*.

⁶ Accus. a *grəhməh*.

⁷ Justius legit: *â hōitwô* (loc. a *hōitwəh*), quam lectionem si recipias, phrasis poterit verti: Illi (gen. sensu dat.) sui-commodi-cupiditas in-ultimo-rerum discrimine *ꝛꝛꝛ*-occoecatus-quidem animus -deprimet (omnes spes scilicet, omnem salutem). *Grəhmô* hic Justius sensu adjectivi accipit, vertendo: ihm — der bestechliche in wichtigen Dingen — bringt Nachtheil sein verkehrter (blinder) Verstand. Alias valorem hic radicis *dâ* clarissimus vir sequentibus exprimit: ihm bringt herunter (bringt in Nachtheil) der Verstand der Blinden (der verkehrte Verstand). Nostra textus lectio est Westerg. et Spiegelii, qui significationem vocis *grəhmô* aliter accipit, sic phrasin hanc Germanice reddendo: Der macht sich grosser Zerstückelung schuldig, er giebt seinen Verstand den Kavayas.

state et justitia] *zarè-* occaecatus-quidem *proprius* *scelatorum* animus -deprimet ¹ [Proprius animus perducet proditores ad exitium una cum emolumentorum studiis, quae illos occaecaverant], luculenta ² haecque *equidem* fallacia necesse-est ³, *postquam* refugiunt ⁴ ad-maleficum praesidium ⁵ [ut ad praesidium, postquam refugiunt sub praesidium hominis malefici], sique Bovis-primaevae occidendo ⁶ arguitur ⁷ *intentus esse* [rerum à se factarum argumentis convincitur, quamque demeruit proborum de se famam habet] qui consumptionem-abhorrens accendere-facit ⁸ praesidium [praesidium abhorrens consumptionem = sacrum ignem. Sensus: fovescentes falsam religionem professos, inimicos nostros, se ipsos fallunt: nonne manifesta enim fallacia est, si quis studet, partes malefici augendo, se ipsum innocuum praestare, accendendoque sanctissimum

¹ Impf. r. *dā*. Notetur, quod repetio hic particulae *nī* vim verbi in enunciato *ἐνεργετικῶς* auget (Vide annot. ad XXXI, 12). Quod ad significationem in hoc loco rad. *dā*, conf. Ross. *низ лож-ить*, a r. *лож-ить*, *τι-θε-ναι*, *ponere*, sensu: dejicere e loco, aliquo munere privare cet.

² Spieg. *varčāo*. ³ Pot. rad. *ah*. Apud Spieg. *hyāḍ*, cumque hac lectione phrasis potest verti: luculenta haecque fallacia *est*, si (postquam) refugiunt cet. ⁴ Impf. r. *viś*. ⁵ *Drēgvantēm* et *avō*, sunt duo accusativi pendentes a verbo *viśentā*, quorum primus constituit proximum, alter remotius objectum (Conf. Graecum *αἰτῶ σε τούτο* cet. sim). ⁶ Inf. rad. *jan*. Apud Westerg. et Spieg. correctum *ǰidyāi* pro *ǰaidyāi*. ⁷ Aor. r. *mrā*. Apud Spieg. *mraovi*; *mraōi* est lectio Westerg. et Justii. ⁸ Impf. caus. r. *śuc*.

ignem, rerum naturae generisque humani pesti et detrimento pro virili conducere? nonne et ipse talis homo, ut generis humani, ita rerum naturae, est pestis?].

- ¹⁵ His super [quare] ab- a-nobis -arceo ¹ quae surditatesque caecitatesque [i. e. omnia, quae surdos et caecos ad sacrae doctrinae verba exsequenda homines constituunt ipsosque ejusmodi homines] hos ad [ad hos, arceo ad hos] quos constituunt non [non constituunt, *impers*, caelestes potestates videlicet] vitae potentes ad-voluntatem [quibus non est a divina justitia decretum, ut vita sua fruantur ad voluntatem, i. e. ut immortales et beati fiant. Sensus in universum: quare homines in opinionibus mentis suae pertinaces nec exsequentes sacrae religionis praecepta ad unam sortem cum his, qui plane religionem Maşdae non agnoverunt, subendam condanno]. Hi [sc. impii infernorumque tenebris dicati] ab-illis ² [surdis et caecis, sc. a pertinacibus moremque maleficis hominibus gerentibus] accipiantur-licet ³ Bonae in-dominio

¹ Caus. praes. r. *naś*. Apud Westerg.: *ve nīnaśā*.

² *Ābyā* est instr. dual ab *aēm*.

³ Praes. conj. m. r. *bar*. Apud Brockhausium: *baīryāonti*. De usu conjunctivi praes. ad sensum fut. exprimendum vide Gr. d. Alt-baktr. Spr. p. 319. Eadem forma et notioni *desiderii* exprimendae, ut hic *εἰρωτικῶς*, usurpata esse, apparet (Conf. yt. VIII, 29, *usta ābavađ dañhavô us vō apañm ad'avô apaitiëřētáo ġasāonti*, quae verba

Mentis [gaudeant hac cum malis in dominio spiritus sanctissimi, scil. in terris, consociatione illosque amplectantur : mox una cum iis debitas poenas solvent].

Omne hoc optima-quidem ¹ [omne est optimum] ¹⁶
 qui intellectum-et-animum ² edocens-quidem *est* ³ pii ⁴
 [Omnia optima sunt hujus, qui edocet animum et
 intellectum hominis pii, i. e. omnia, quae docet
 Maşdas, sunt optima.]. Dominans *es*, o Maşda Ahu-
 ra, cujus [a quó] in-me pernicies ⁵ *et* invidia ferun-
 tur [inimicus meus in tua est potestate]: quod ⁶ ca-
 lamitati malefici *potest esse, tuo ergo* ore, age, desi-
 derandos intellectu *instrue* [quae maleficos pessundare
 possunt, age, sanctissimo ore tuo non occaecatos
 mente homines quique veritatis sensum incolumem
 servaverunt, eoque cari tibi sunt, edoce].

a clariss. Spiegelio in nuncupato novissimo suo opere, p. 307—308, aptissime sequentibus Germanice redduntur: Heil möge Euch sein, ihr Gegenden, es werden zu Euch die Wasserströme kommen ohne Widerstand).

¹ In var. Westerg. est *vahistâd* et *vahistâđciđ*.

² Spieg.: *usuruyê*; *uśuruyê* est lectio Westerg. et Justii.

³ Nom. *adj. śya*. ⁴ In var. Westerg. est *dahmayâi*.

⁵ Apud Spieg.: *âitîśîd*. ⁶ Apud Westerg.: *yyad*.

VI.

OMNIA AD SUMMUM NUMEN SUNT
REFERENDA.

VI.

OMNIA AD SUMMUM NUMEN SUNT REFERENCE-
RENDA.

YAŚNA XXXIII, 1—14.

Ut fas-et-rectum-est, ita faciet, quae creaturae sunt ¹ mundi celebris ¹ [quoad omnes quae sunt creaturae hujus mundi], dominus ² actione justissima [faciet actione justissima —] maleficoque quodque ³ innocuo [quodque maleficum, quodque innocuum contingere par est], cujusque [cuique, pariter ac huic, apud quem —] falsi [falso] consociantur ⁴, *praeter mala pe-*

¹ Apud Westerg. *paourvayēhyā*. ² Westerg. et Justius *ratūs*; Spieg. *ratus*. ³ Westerg. *yyadčā*.

⁴ Praes. r. *yās*, sing. pro plur. cum subjecto neutr., ut in syntaxi Graeca. Inter var. lectiones apud Westergaardium et Spiegelium est: *hem myāsaitē* et *hem myāsaitē*, quam Westergaardius in receptam nunc *hemyāsaitē* commutavit; attamen frequens inter Spiegelianas ad hunc locum variantes fere ejusdem formae repetitio, ut *hem myāsaitē*, *hīm myāsaitē*, denique *hem myāsaitē*, suspicari facit veram lectionem vocis in his latere, praesertim quum radix *miš*—*myāš*, tam multis communis Aricis linguis (misc-ere, mischen, *μικ-γύζει*, *мѣш-ать* cet.), simplicius, quam altera (*hemyāsaitē*), ejusdem sensus notionem exprimit. Retinui *hemyāsaitē*, dum non sim certus, quae nempe alius radice lectio esset praeferenda.

racta, quaeque huic adsunt recta [Judicium summi numinis, quum in probos, tum in improbos, aequissimum proferetur; atque etiam in homine, qui bona et mala vitae suae curriculo peregit, strictissimum inter utraque divina justitia discrimen faciet pro meritisque et huic rependet ¹].

- 2 At qui detrimentum malefico ², voce-ve, si-ve animo, manibus-ve perficiet ³, *pariter ac* qui in-bono ⁴ instituet ⁵ mortalem, hi [scil. nocentes maleficis instituentesque mortales in bonis artibus] desiderio ⁶ offerunt ⁷ Ahurae gaudio Mašdae [Coercendo maleficos, mortalesque instituendo, donum acceptissimum summo numini offertur. Stropha haec cum praecedente conjungitur sensu: Merces et retributio bonis et malis dei est; at nostrum est hic omnibus viribus contendere, ut mali deprimantur institutioque in bonis artibus vigeat, quibus non solum ipsos bonos, sed etiam divino in terris operi perficiendo auxiliatores nos praestabimus].

- 3 Qui Integro ⁸ [sc. summo numini] *est* optimus

¹ Conf. XXXII, 16. ² Spieg.: *drëgvâtê*. Conf. XXXII, 11.

³ Fut. r. *varëš*. Spieg. *varëšaitê*; Just. et var. Spieg. *varëšaiti*.

⁴ In var. Spieg. et apud Brockh. est *vanhâo*. ⁵ Praes. conj. m. r. *cid*. ⁶ In var. Westerg. est *vârâ*. ⁷ Var. Westerg. *râdantê*.

⁸ Var. Westerg. *asâonê*.

[acceptissimus probatur] intima-animi-devotione-ve, navus-ve [quumque navus, industrius sit], obedientia-ve ¹, astans-ve ² viribus-praebendis ³ Bovi-primae-vae ⁴ [praesto-ve est legibus rerum naturae vindicandis et restituendis], at ille divinae-Integritatis erit ⁵ Bonaeque in-domicilio Mentis.

Qui tui ⁶ [contra te], o Maşda, contumaciam ⁴ malumque spiritum -spernor ab- [aspernor, repudio], devotionique *oppositas* falsas-opinationes ⁷, navitatieque maxime-oppositum diabolum [socordiam, explicante Spiegelio], obsequiique spretores ⁸, Bovisque-primae-vae pabuli ⁹ iniquissimum modum [quique aspurnor rerum naturam sceleribus humanis extenuari],

¹ Instr. *airyamnâ* refertur ad praecedens *vahistô*.

² Partic. praes. r. *vid.* Conf. XXX, 8, et XXXI, 5. — Partic. *vidanş* relatum est a clarissimo Justio ad 2 *vid.* Postquam ambae radices formae eandem originem prae se ferunt, difficile saepe est stricte eas distinguere (conf. annot. ad XXXI, 5, de rad *dâ*). Rad. *vid* etiam *providendi* (conf. Gall. *pourvoir*), *procurandi*, significacionem hic, mea sententia, tueri potest.

³ *Ťwakşaphâ* est instrum. ⁴ Apud Brockh. *gavô*.

⁵ Impf. r. *ah*. ⁶ *Ťwad* abl. a *tîm*.

⁷ In var. Spieg.: *tara maitîm* et *tarēm maitîm*; in var. Westerg. *tarēmaitîm*. *Taremaîtîm* idem puto esse ac *pairimaiti* (XXXII, 3) Conf. quae annotavi ad yt. X, 139 (D. S. E. p. 129).

⁸ Partic. praes. r. *nad*. ⁹ *Vâstrâd* est abl. pro gen., ut saepe. Conf. 5 et 6.

qui tui omnium - maximum Śraośam ¹ invoco ² praesidio ³ [ad praesidium, auxilium mihi praebendum] ⁴: da ⁵ nobis longum-aevum, ad- [affer, da] regnum Benignae Mentis, Integritatis ⁶ ad- [affer] rectas semitas, in- quibus Maşdas Ahuras habitat ⁷ [quas Ahuras Maşdas colit, quae semitae sunt Ahurae Maşdae];

5 qui ⁸ sacerdos Integritate ⁹ rectus sum, ille-ego a-caelo ¹⁰ ad- [ut mihi hoc adveniat] excellentissimo [ab excellentissimo caelo] ¹¹ -desidero ¹² [quum sacerdotale munus meum animo rectissimo et integerrimo obeam, hoc mihi cumprimis a caelestibus potestatibus,

¹ Genius, inter cetera, divinae omniscientiae, qui, Ahurae, probabiliter, summi speculatoris munere, similiter Graecorum Soli, πάντ' ἐφορᾷ καὶ παντ' ἐπακούει, quas partes jam in posteriore tempore praecipue Mişras accepisse videtur (conf. epitheta hujus: *baēvarēšpaśanō*, *haşanragaośō* cet.). Appellative *śraośa* est *auditio* et *obedientia* (Conf. Ross. *но-слуш-ание*). ² Praes. r. *şbā*. ³ Dativus ab *avanhan*.

⁴ Notetur in duabus his strophis (4-ta et 5-ta) *ye* esse causale (conf. XXVIII, 1—4) causaeque primum fundamentum situm esse in antecedente 3-a stropha, ut si vates dixisset: quoniam et ego talis sum, ut—, ergo—. Vide annot. ad XXXII, 12 et 5. ⁵ Imper. r. *ap*.

⁶ Vide de usu ablat. annot. ad XXXI, 15. ⁷ Praes. r. *kśi*.

⁸ *Ye* hic itidem est causale. ⁹ In var. Spieg.: *aśad*.

¹⁰ In var. Westerg. et Spieg. *mainyeus*.

¹¹ *Manyeus vahistād*, gen. cum abl. Conf. XXXI, 15.

¹² Praes. r. *kā*. Justius: ich (*hvō* demonstr. für *azem*) begehre nach dem himmlischen Paradis. In versione mea refero prae ositionem *ā* ad verbum *kayā*.

ad intimum animae meae desiderium explendum, velim —]: ideoque [quum nempe rectissimo animo munere Sacerdotis perfungar] hac mente [ope hujus mentis], qua ad-colendum ¹ formasti ² terras, hac-ipsa [sc. mente, hujus ipsius sanctissimae tuae mentis ope] tibi [apud te, a te ³] expeto ⁴, o Ahura Maşda, aspectumque consiliumque [Quum nisi quod rectum et bonum est, quum nisi caeleste quodque tuum est in hac terra, a te hominum labori et usui creata, desidero, hujus itaque omnipotentissimae mentis tuae ope, qua terrestrem hunc mundum creavisti, obsecro te, non me detine, o summum numen, ut te videam utque mea consilia tecum conferam, ut tuo visu consiliis-

¹ Infnit. r. *varəş*. *Vərəşidyâi* est correctio Westergaardii, cujus lectiones variantes sunt: *vərəşedyâi*, *vərəşdyâi*, *vərəşyēidyâi*; apud Spiegel, quum hae, tum etiam *vərəşyēidyâi*; apud Brockh. *vərəşyēidyâi* et *vərəşyēid'yâi*.

² Justius: durch welchen Sinn du ein Bildner warst (bildetest) des Landes zum Bebauen, qua interpretatione vox *mantâ* pro nomine agentis (*mantar*) accipitur. Potest etiam, ni fallor, eadem forma et perfecti participialis partes agere, quod in hoc loco magis mihi arridet. Alias (XXXI, 19) vocem pro 3-a pers. impf. m. Justius accepit, quem sum secutus, quamvis ibi etiam, ut nomen agentis, eundem sensum et non repugnante grammatica dare potest.

³ Pron. *tôi* potest etiam referri ad genitivos *darstôišcâ* *hemparstôišcâ* cum sensu: (desidero) tuum aspectum consiliumque. Conf. idem desiderium a vate nostro XXVIII, 5 expressum.

⁴ Praes. r. *iş*. Justius tamen sub *darsti*: (sie sind erwünscht) zum Sehen, sub *hemparsti*: (diese sind erwünscht) zur Unterredung, qua explicatione *tâ* pro nominativo pl. neutr., *işyâ* autem pro partic. f. pass. a doctiss. viro accepta hic esse apparent.

que tuis firmatus novas capiam vires ad hostes tuos debellandos] ¹.

6 Ad- me -adite ² [adeste, adeste mihi], Optimi, ad- libenti-animoque, o Maṣda, -videre-faciat-quis *vestrum* ³ cum-Integritate, Bona cum-Mente, quo [indicarentur mihi rationes, quibus —] exaudiar ⁴ [pergam exaudiri] coram excelso [i. e. deo ⁵]: palam nos inter sunt supplicantia ⁶ solemnia sacrificia [Adeste mihi caelestes potestates, fae, o Maṣda, ut sciam, quid mihi porro est agendum, ut preces meae a te exaudiantur: instituta ad hoc propositum, eja, peraguntor solemnia sacra!]

7 Per- me -perdocete ⁷ [plane edocete me, obsecro, o caelestia, isti sacrificio praesentia, numina] conditiones-ambas has ⁸ [plane edocete me omnia, quae ad duas vitae humanae conditiones referuntur, tum quae mortalis est aevi, tum quae nos manet post mortem], quo [ut] Bona gradiar ⁹ Mente, — adora-

¹ Conf. XXVIII, 5. ² Imper. m. r. *i*.

³ Cond. r. *daršs* impers, möge man zeigen, J.

⁴ Praes. pass. r. *šru*.

⁵ Graece: παρὰ τοῦ μεγάλου = παρὰ τῆς μεγάλης. In var. Westerg. et Spieg.: *magánô*. ⁶ In var. Westerg. *němaġâētis*.

⁷ Imper. m. r. *vid*. ⁸ *Arētâ tû* sunt accus. dual.

⁹ Praes. conj. m. r. *šu*. In var. Spieg. est *skyavâi* et *skyavâ* (conf. *skyaotâna*).

tionem, o Maşda, vestri-similis ¹ [edocete me adorationem, quae vos deceat, fac, o Maşda, ut adoratio mea dignitati et magnitudini tuae respondeat], tum etiam ², o Integritas, celebrando-vos-idoneas voces ³, [voces quibus te rite celebrare possimus], creatas a-vobis Immortalitatisque ⁴ firmamento ⁵ [ut firmamentum sint immortalitatis] rerumque - summae- Plenitudini nutrimentum ⁶ [Edoce nos sanctissimas tuas preces, quae sic sunt paratae, ut beatissimae hominibus adipiscendae immortalitati conducent, rerumque quibus est nobis opus, summam abundantiam nutriant, i. e. inexhaustam praestent] ⁷.

At tibi, o Maşda, hunc animum [animi propositum, immortalitatis nempe et rerum universarum abundantiae piis hominibus impertiendarum], in Sanctitatem-augente utroque-dominio [quod ad hanc et ad

¹ Vide annot. ad XXXI, 19 et ad XXXIV, 2.

² Westerg. et Just. *vá*; Spieg. et var. Westerg. *váo*.

³ Conf. XXVIII, 11. ⁴ Apud Brockh. *aměřtâteśća*.

⁵ *Utayúiti* est instr. ⁶ Nom. a *draonañh*.

⁷ Stropham hanc illustrissimus Spiegelius reddit sequentibus: Lehret mich kennen die beiden Gesetze, damit ich wandle mit Vohumanô. (Lehret mich kennen) das Opfer von Euresgl-ichen, Mazda, dann eure preiswürdigen Reden, o Asha, die geschaffen sind von Euch als Hülfe für Ameretât, als Lohn für Haurvât, quibus addit annotationem: Hier sind diese beiden Genien wohl als persönliche Wesen aufzufassen.

futuram vitam], *divino splendore tuo*, in-societate [consociato] cum-sapientia, Optima fertō [adducito, advertito] Mente amborum-horum in-absolutione [praesens, prompta, itemque perfectissima] paratio, in quibus [ambobus] *beatae* convenient ¹ animae [paratio felicitatis nostrae, quum in hoc, tum in futuro aevo, ferat, advertat tuum animum = tuus animus propensus fiat ad hanc parationem praestandam, desideret ² hanc parationem. Absolutissima laetae conditionis, quum hujus, tum futuri aevi, piis hominibus paratio fertō benignissimum animum tuum, idem puto esse, ac si vates dixisset, animus tuus paret et perficiat piis hominibus laetas conditiones. O Summum numen, exclamat vates, opus immortalitatis summaeque abundantiae piis erga te hominibus perficiendae, quibus jam in hoc mundo gaudere inciperent quaeque hos non deficerent in futuro, opus felicitatis aeternaeque proborum hominum concordiae stabiliendum ne distineat te, o benignissimum numen, excelsissimumque tuum animum, qui sapientiae perfectissimae lumine fulget, ad se advertat] ³.

¹ Conf. y. XLV, 2. ² Conf. Ovidianum: fert animum.

³ Justius sub *maêta*: es komme Glanz im Verein mit Weisheit, sub *sarêd'ya*: möge dir, o Mazda, durch diesen himmlischen (Vohumanô) in beiden sehr wachsenden Herrschaften (neutr., nämlich über die geistige und bekörperte Schöpfung?) kommen (Glanz). Ante clarissimum Justium, hanc difficillimam stropham vertit Spieg., sen-

Omnes *ibi* semper delectationes vitae, quae ¹ quidem uspiam-extiterunt, quaeque uspiam fiunt, quaeque, o Mašda, uspiam-fient ², tuo has, o *Masda*, in-arbitrio [secundum tuum arbitrium, voluntatem] *piis tuis* impertito ³: Bona increscere-fac ⁴ Mente, Potestate Integritateque, macte esto ⁵, corpus ⁶ [increscere fac corpus = incresece corpore. Sensus: in omnibus bonis, secundum merita, te professis hominibus largiundis pergat cum indefesso vigore manifestare se tua divina virtus, nosque, quum benignissimum tuum animum, tum omnipotentiam, quae nisi maleficis est funesta, tum absolutissimam tuam sanctitatem, age, o summum numen, semper experire facias].

Qui salutiferrimus *est* Ahuras Mašdasque, Ârmai-⁹ tisque ⁷, Integritasque augens-mundum, Mens Bonaque, Potestasque: *omnes vos* attendite mihi, ignoscite mihi factum ⁸ quodlibet ⁹ ad [ad quodlibet factum,

sus philologicis rationibus innixi capiendi maximam minime in annotatione celando difficultatem, quam praestantissimi viri versionem apponere hic liceat.

Möge dir, Mazda (und) diesem Himmlischen (Vohu-manô) sehr wachsen die Herrschaft, Es möge kommen Glanz, bleibender, Weisheit durch den besten Geist. Vollendung dessen, womit die Seelen zusammenhängen.

¹ In var. Westerg. *yâ*. ² Praes. r. *bû*.

³ Impf. m. r. *bakš* — *baš*. ⁴ Imper. r. *vašš*.

⁵ *Ustâ*. Conf. XXIX, 2. ⁶ Conf., quod ad *tanûm*, XXX, 7.

⁷ Vide annot. ad XXVIII. 3. ⁸ Dat. ab *âda*.

⁹ In var. West. *kahyâciđ*.

i. e. in omni rerum eventu, in omnibus rerum vicissitudinibus, quae sive per me, sive non me auctore, fierent].

- 10 ³ *Avò-* me ¹ purum-fac ² o Ahura, Ârmaiti [instr., per Ârmaitîm, Ârmaitios ope, i. e. divinae aequitatis et sapientiae, quae rerum altrici naturae videnti est ratio] roborem mihi-da ³; Sanctissime Spiritus, Maşda, summa - benignitate, secundum-vota mea ⁴, da-nobis ⁵, Sanctissima-Integritate, vim valentem-et-firmam, Bona Mente, prosperum-auctum ⁶ [i. e. res prosperas et florentes, omnium utilium rerum copiam].

- 11 Gaudio [ad gaudium, quodque maximo est gaudio —] latissimae institutioni [ut homines per terras aequitatem et sapientiam tuam perdiscant] perspicias ⁷

¹ Dat. ab *aşem*. ² Imper. m. r. *âr*.

³ Imper. m. r. *dâ*. ⁴ *Savò* est acc. graecus.

⁵ Justius: o du, der in Güte Gaben dem Bittendem verleiht. Retinui Spiegelii lectionem *savò âdâ*, quamvis scio similem imperativi formam in nostris Şendicis libris desiderari, quum haec phraseos, cuius si est praedicatum, clarissima in sequenti versu objecta praebet (*haşò* et *fşeratûm*), ad quae, si voces acciperentur pro vocativo (*savòâdâ*), subintelligendum necesse esset *da, largire*, vel aliud quid simile, quum *daşvâ*, 2-dum praedicatum 1-mi versus, nimis ab iis remotum sit. ⁶ Apud Spieg., Just. et in var. Westerg. *fşeratûm*; apud West. *fşaratûm*. ⁷ Praes. r. *dî*.

mihi quae vobis, *caelestes potestates*, certa sunt [Dumque vires a te, o summum numen precor, tu — quo latissimè genus humanum leges tuas perdiscat — perspicias quae sunt certa, i. e. non te latet quod noxium in viribus mihi impertiendis esset, neque nostrum est tale quid a te votis nostris expetere, immo — ¹], haec potestatis [nisi hanc potestatem, scil. perspicias], o Ahura, quo ² [scil. quibus illius facultatibus, qua potestate] Bonae benedictio [emolumenta, commoda] Mentis fit. *Πρό-*, sancta *Ârmaiti*, cum-Integritate divinas-institutiones *homines* -doce ³ [age, *Ârmaiti*, doce].

At sacrificium *Şaratustras* corporis-quidem proprii ¹² animam dat [dat in sacrificium, offert], principatum Mentisque Bonae, o *Maşda* ⁴, factorum *illius* cum-Integritate quaeque *sunt peracta* [omnia quae unquam sancta et integra perfecit], verbo-que-divino summam-Obedientiam, *ipsamque* Potestatem, *quam expetit* [At omnia, quae expetit *Şaratustras*, minime ab illo rerum

¹ In *dôisî*, *vides*, latet, puto, per aliquod zeugma cum praecedentis praedicatis strophae, *daşvâ*, *âdâ*, etiam significatio *impertiendi*, *dandi*, quod et praesentia pronominis *môi* comprobari videtur, sensu: tu vides in dandis mihi viribus et prosperitate, prospicias—. Neriosenghius: *dêhi mahyañ yân yûsmâkañ śaktyâ*, quod apud illum explicatur sequentibus: *kâryêşu nyâyêşu yê yûsmâkañ śaktyâ* (*śaktâ santi tân mê dêhi*). ² *Yâ* est instrum. ³ Imper. a *daķš*.

⁴ In var. Westerg. et Spiegel. est: *maşdâi* et in var. Westerg. *maşdâo*.

suarum studio expetuntur, neque ille ut suum quidquid, vel ipsum se, agnoscere patitur. Sacrificium, quod, unoquoque vitae suae momento, summo numini ab illo offertur, est haec anima, qua corpus illius movetur: cumque anima sua defert ille summo numini et longe priorem locum, quem, mente benigna sanctissimisque factis, inter homines obtinuit, et facultatem audiendi exsequendique caelestia verba, et omnem potestatem, quae itidem nisi dei est et ad deum referri debet].

VII.

CARMEN SACRIFICALE.

VII.

CARMEN SACRIFICALE.

YAŚNA XXXIV, 1—15.

Quo opere [quibus factis], qua voce, quibus pre-¹
 cibus [prece, precatione] Immortalitatem *nostrum est*
adipisci Sanctitatemque, tibi offeram ¹ *omnia haec*, o
 Maṣda, Moderamenque summae-rerum-Plenitudinis:
 istorum [nempe immortalitatis, sanctitatis, ipsarumque
 artium, quibus quum hae, tum humana felicitas et
 prosperitas comparantur, ex his —] tibi, o Ahura,
 a-nobis imprimis ² *omnia* [i. e. omnia haec] dicantur ³.

At-que haec-duo [nempe temporalis et futura vita] ²
 tibi [in te, a te] animo [animo tuo, tua sanctissima
 voluntate] Mentisque ⁴ Bonae ⁵ omnia [omnia emo-

¹ Fut. r. *dā*. ² Spieg. et Broekh. *pôurutēmâis. Ehmâ paouru-
 tēmâis*, secundum Justium: durch uns als die ersten.

³ Praes. m. r. *dā*. Praedicatum hic est in singulari, quoniam
 pendet a facile subintelligendo subjecto in gen. neutro.

⁴ Var. Westerg. et Broekh. *mainyûścâ*; Broekh. *mainyûścâ*
 Conf. v. XIX, 9, yt. XIX, 88.

⁵ Var. Westerg. et Spieg. *vaṇhus*.

lumenta] *sunt nobis* data, incolumisque viri ¹ facta [ipsaque facta viri incolumis], cujus anima cum-Sanctitate versatur [intime est conjuncta Sanctitati]: accedo ² vestri-similes ³ ad-precationem ⁴, o Mašda, cum-gravitatibus vatum [Te, o summum numen, cui omnia, cui ipsam existentiam nostram debemus, gravia et numerosa, tuas maximas extollentia virtutes, carmina decent, egoque verborum numerorumque pondere, quod divinorum interpretes, vates, prae se ferunt, instructus, ad supplicationes nostras, quas ad te mittimus, peragendas accedo].

3 At tibi carnem-sacrificalem, o Ahura, cum adoratione Sanctitatisque offerimus ⁵ — vitas [mundos] omnes in-dominio *vestri* [omne quod sentit et vivit in vestro dominio], quas ⁶ Bona excoluisti ⁷ [curas, sustines, nutris] Mente; in-perfectione [perfecti] ⁸ enim *estis* recte-sapientes: omni-ex-parte [in omni re, in universum, omnino] apud-vestri-similes ⁹ *est* salus.

¹ In var. Spieg. est forma *narēs*. Ceteri *nērēs*.

² Praes. m. r. *gaēt*. Westerg. *pairē gaētē*.

³ In *kšmāvātō* notetur *objectivitas* de summo numine, quasi de re externa, a vate adhibita, ad causam summi numinis celebrandi quodammodo augendam, ut si dixisset: accedo ad laudes dignas tali numine, quale est Ahuras. Conf. XXXIII, 8 et annot ad XXXI, 19.

⁴ Var. Westerg. *vahmā*. ⁵ Aor. r. *dā*. ⁶ Var. Westerg. *yā*.

⁷ Perf. partic. r. *trūš*. ⁸ *Ārōi* est loc. ab *āra*.

⁹ Vide annot. ad praecedentem (2) stropham.

[In hac sacrificali carne omne universum, et in hoc omne nostrum, fortunas et omnia nostra bona, quibus per te, o summum numen, fruimur, a nobis accipias; vos enim, o caelestes potestates, unice perfecti sapientissimique estis, neque alia a nobis fieri potest oblatio deo, extra quem, ut deum, non est quidquam ei alienum neque ulla salus ¹].

At tibi [tui, tuum] Ignem potentem cum-Sanctitate *adesse hic* desideramus ² [desideramus cum sanctitate, i. e. desideramus sancte] celerrimum, validum, constanter-exhilarantem, clara praesidia-praebentem; at tu, o Mašda, odio-*nos*-prosequenti potenter exigis ³ ultionem [de nostris inimicis, vi tuae potestatis, insignissimas poenas sumis. Dumque hunc ignem sacrum accendimus, rapidum, fortem, amoenum, innumera humanitati auxilia praebentem, in igne, in hac

